hom, & poëtam eloquentissimum uix loquentem. Breuior etiam sum illo, quod epitheta pene innumerabilia, & apud eum sepe repetita et quasi perpetua, omnes scripsi: que apposita aut ei decori sunt, sic fastidium nostris pariuit, & floccida reddere uidentur oratione. Nec tam ignorandum, breuiores longe huius operia quam Iliados esse libros. Interposui & carmina quedam diuersis in locis ut illustrioribus, simulque ut a nobis supplata manifestarem, & ut editio tanquam serata corona uaricata plus gratiae foret habitura. Haec itaque tibi legendam mitto simul cum tribus Iliados libris, quos dudum iunior carmine qualicunque conuersti, a ueteribus illis magnopere laudatos. Primum, ob uariam procerum disceptationem, in qua decorum illud poëticum maxime ostenditur, dum ordo quilibet hominum suas partes tuetur & perficit. Secundum, ob catalogum nudum quidem, ac sola nomenclatura occupatum, ac propterea uersu duriusculo salebrosoque: at tandem ob locorum ducumque descriptionem admodum utiliem. Nomum uero, ob oratoriam facultatem in trium virorum legatione, Quintiliano maxime commendatum. Quae quidem omnia in primis ut frugifera, et ad seniores disciplinas instrumenta magis quam ut lassitia penitabiles, mox de fide indicataras, cum in ea linea in cuius nunc studio totus es, tuo modo profecetis: sed in ea ita breuiter profecisti, ut non solum equiperis iuuentis, sed & artem magistrum. Quid si eadem

EPISTOLA RAPHAELIS

Panti autoris ceruici minime respondentiatibi videbuntur, si alia non recipitur causa, mihi ut malo greco, nec latino ualde bono potius q̄ poēta patiar ascribi. Tuū tamen fuerit (quando te ob singulare ingenū egregiosq; mores, ex omni iuuētute ac ex tuis Ricobaldis generum familie nostrae asciui) mee familiariter in hoc uicarium succedere diligentie, et meliora quandoq; facere tanto facilius, quanto emendare pleraq; proptius est, quām de nouo condere, ac propaginare quām nouellare, aut partes in edificio reconcinare qd fundamenta iacere. Ego autem ex his non sum qui li terarū annonam flagellent, cum mea minime ueniant. Quare iacturā facile sustinebo: nec me propterea ponebit, hæc obiter ocij saltē uitādi gratia edidisse cia placuerint: non edidisse rursus, cui non placuerint.

ARGUMENTVM LIBRI I.

¶ Deorum concio sit de Vlyssie Ithacam sittendo ex insula Calypso. Post hæc Minerua Menti regi Taphiorū assimilata, Telemacho apparet, cuī adhortatiōe ac sua collocutione ille excitatur, ut Pylū primo ad Nestorem, deinde Spartam ad Menelaum pro patre inquirendo proficiscatur. Iubet domo procos excedere Telemachus. Verum ab illis nihilo minus insolenter communib; spretus, plenus curarum it dormitum, ministra nūtrice.

ODYS-

ODYSSEAE

HOMERI PER RAPHAELEM RE

GIVM VOLATERRANVM

VERSAE, LIBER
PRIMVS.



IC MIHI musa uirū, ea
pt̄ē post tēpora Troie
Qui mores hominū mul-
torum uidit & urbes.
Multā quoq; et pōto pass-
sus, dū naufrag' errat,
Ut sibi, tum socijs uitane-
seruaret in alto.
Non tamen hos cupiens

fato deprop̄misit acerbo,
Ob scelus ac̄missum extinctos, ausumq; malignum:
Qui fame compulsi, solis rapuere iuuencos,
Stulti, ex quo redditum ad patrias deus abstulit oras.
Horum itaq; exitium memora mihi musa canenti.

Omnes igitur Greci, qui ex bello primū, deinde ex
maris naufragio superstites, durā sortē uitauere, do-
mī iam erant: solum Vlyssēm redditu coniugeq; caren-
tem, nymphā dia Calypso uirum habere cupiens, in ca-
ua spelunca retinebat. Cum uero tempus uenit uoluē-
tibus annis, hunc Parce redire domum atq; Ithacam
descuere, ubi tamen unā cum sibi delectis certami-

ODYSSEAE

Nā fugiturus nō erat. Quā smobrēm dij omnes elus fatum miserati præter Neptunū fuere. Is ei longo tempore infensus, redditum uotumq; negabat: tunc uero ad Aethiopas procul existentes secesserat. Hi nanque extremi hominū sunt, bifariā diuisi: Hesperij quidem alijs, alijs orientales. Hic ille & taurorū & agnorū heratomba cultus conuiujs aderat latus. At reliqui dij Iouis in excelsis ædibus conuenere: inter quos ipse pater deūm atq; hominū Iupiter Aegisthi casus ab Oreste imperfecti reminiscens, sic est exorsus:

Iouis uerba in deosum conilio.
O facinus, mortale genus nos numina primum
Incusat, causamq; putat, fontemq; malorum
Que ueniunt: sua sed percunt ob facta nefanda,
Cum præter fatum sibi sponte incommoda querant.

Sicuti nunc Aegistibus Atridæ coniuge potitur, ab eo in redditu trucidati, quanq; exitij sui non ignarus. nare Mercuriū cum monitum misimus, ut à matrimonio huiuscmodi pariter et à uiri cede abstineret, quo niā Orestes q; primum pubesceret, & amore terre patræ caperetur, statim ulturus esset. Hoc nuncio Mercurius minime profecit, neq; illius animū quanq; sapiens mutauit. Nūc uero ille cumulatissime paenas oīns dedit. Cui Minerua: O pater, inquit, summe, nempe ille merito interiūt exitio, quod utinā sortiatur quicunque talia perpetrabit.

Sed me solicitat miseri nunc casus Vlyssis,
Qui procul à patria magnos iam sustinet æfus

Minerua
pro Vlysse
intercedit.

L I B E R I:

In pelagi medio, qua totum in parte uidetur,
Insula conficitur, nigris circundata lymphis.

Arboribusq; obtecta domus, quam filia diri
Atlantis Circe retinet, maria alta tacentis.

Hic flutus celsas (mirum) super ipse columnas,
Telluram, pariterq; omnem prospectat olympum.

Huius itaq; filia illum cohibet miserum, cōtinuoq;
Et mollibus et blandis demulcent uerbis, ut Ithace obli-
uiscatur. At Ulysses sumum e sua terra exēuntē cu-
piens, mortem optat. An tibi cura non est charum ca-
put o genitor? Nōnne et ille apud Argeorum naues

in bello Troiano grata tibi sacra obtulit? Cur tot af-
ficiis cum doloribus Iupiter? At ille: Quodnam, inquit

Iupiter
Minerugi

nata uerbum tibi excidit? quonam modo Ulyssis obli-
uiscar, qui mente quidem ceteris prestat mortalibus,
sacraq; diis rite exhibuit? Sed Neptunus cōtinuo Cy-
clopis sui incommodi iratus reminiscitur, cui alterum
lumen ademit. Is Polypheus est, cuius potentia ma-
xima supra Cyclopes omnes erat, que Nympha Phor-
cynis marini regis filia, Neptuno in cauis compressa
speluncis peperit. Ex illo igitur Neptunus non quidē
cum peremit, uerum à patria procul differgēdo amo-
nit. Sed iam nos omnes unā cogitemus, quonam modo
redire queat. Ipse namq; iram leniet: neq; enim inuitis
omnibus diis solus poterit aduersus contendere. Cuē
Minerua: Si quidem hoc omnibus gratum diis, ut rede
at Ulysses domum, Mercurium in insulam Ogygiā pro-

ODYSSEAE

peremittamus, ut Nymphæ celeriter nostrū referas
 consilium, ac cum redire permittat. Ego uero Ithacā
 obiter contendam, ut Vlyfis filium impellam, uināq; il
 li tribuam, ut uocatis in concionem Achaeis, procos
 omnis minis absterrat: q̄ cōtinuo oues bovesq; pi-
 gues mactantes, rem illius absununt: eundem quoque
 Spartam & Pylum ad inquirendum p̄strem mittam,
 sicubi gētium audiuerit, uel certe ut laudem inter ho-
 mines ex hoc consequatur. Sic dicens, pulchris pedi-
 bus calceos aureos et immortales aptauit, qui illā su-
 pra pontū supraq; terrā uento agitante tulerūt. Vali-
 dam deinde hastam acuto munitā ferro corripit: hac
 heroum turmas, quibus est irata, perdomat. Igitur ē
 summo ruens cēlo ad populum Ithacensem, in uestibū
 lo domus Vlyfis constituit, Menti Taphiorū regi affi-
 milata. procos offendit ante fores animū talis luden-
 do recreates, ac thoris ex boum tergoribus quas ipſi
 mactauerant, infidentes. Pracones autē ac seduli min-
 stri uinū illis simul et aquam in crateribus miscebant.
 Alij uero spongijs mensas tergebant parabantq; sum
 carnes plurimas incidebant. Hanc igitur longeprior
 Telemachus uidit. sedebat enim inter procos animo
 perturbatus, ac cogitans si quo modo pater ueniens
 procorū stragē in edibus ēderet: ipſe honorē aſſequie-
 retur, ſuūq; quiete poſideret. Hec itaq; meditās Mi-
 neruam confpexit: statimq; consurgens, in uestibulum
 auersus ijt, indignatus hospitem apud forces diu confi-
ſte

Minerua
 Metis re-
 gis habi-
 tum men

stere. Propinquansq; dextera illam simulq; hastam
 prendit, ac ultro compellans ait: Salve hospes, sede iu-
 xtanos, deinde ubi cœnaueris quid tibi opus loquere.
 Sic dicens præit, illa subsequitur: qui ubi intra domiū
 fuere, hastam ante omnia Telemachus apud longam
 columnam intra armarium, ubi multe alie Vlyssis, po-
 sit. ipsam uero Mineruam in throno ducens statuit:
 stragulumq; tenue uarioq; operc laboratum substra-
 uit. Scabellum insuper pedibus submisit. Iuxtaq; ipse
 sedem separatim à procis admodū pulchram posuit,
 ne hospes ob tumultū proteruis hominibus cōmixtus
 minus cœnaret, & ut illum commodius de patris redi-
 tu percontaretur. Post hæc famula gutturnium cum
 opistodocho aureo super lebetem argēteum ad lauan-
 dum effudit, iuxtaq; concinnam paravit mensam. pro-
 ma sedula panem ac cibos plurimos presentibus gra-
 tificādo apposuit. Chironomon carnii omnigenū re-
 positoria manu sublata, aureaq; item pocula, pre-
 frequenter ipsis uina fundebat. Post hæc ingressi pro-
 ci ordine in sedibus ac thoris constitere, quibus pre-
 cones aquas multas fudere: panē famule canistris ex-
 pediūt. Illi paratis cibis manus iniecere. Iuuenes cra-
 teras statuūt, & uina coronant. Ast ubi cibi & potus
 cōpressus amor, proci quibus alia cure erāt, cantū sal-
 tationemq; (que conuiuij sunt appendices) celebrant.
 Preco Phemio cantori citharā in manu dedit, qui co-
 illus iuxta procos assedit, cantumq; proseguebatur.

ita, à Te-
 le macha
 hospicio,
 excipiebas

Proci Pe-
nelopæ,

Onomis-
ticæ

canti.

Phemio
cantor.

ODYSSEAE

Telemachus & Minerva
spiritis colloquium.

Interea Telemachus Mineruam alloquitur, proprie-
tate inclinas ne alij audiret: Dilicet hospes, si non egre-
fers que dico, his cure sunt hec et cithara et can-
tus, quod impune rem uiri edant illius, cuius alba ossa
aut in terra iacentia inhumata pluvia inundante pu-
trefescunt, aut certe in mari fluctus euoluit. Si illam Itha-
cam redeunte uideret, omnes cursu pedibus leuiores,
quam auro uestigia; diuiores esse cuperet. Nunc uero quando
is perire, nulla nobis spes amplius. Sed agendum, dic
mibi uere, cuias es? unde gentiu; ubi tibi patria et pa-
rentes? in qua naui uenisti? quomodo te nautae Ithacae
duxerat? quinam esse se gloriatur? Non equidem te pedi-
bus uenisse puto. Hoc item uere narrare ut sciam, an nu-
per ad me uenisti, uel patrius es hospes, quoniam ille li-
benter cum hominibus conuersabatur, quamobrem multi
domum nostram petiere. Cui Minerua: Tibi ego hec
uera referam: Mentes Achilai filius esse glorior, qui
apud Taphios regno, nunc hic simul cum naui et socijs
descendi, per alienas tendens gentes ad urbem Tem-
sam eris gratia, ferrumque mecum fero. Nauis mea hic
in agro separatim a ciuitate in portu fluenti, sub ne-
moroso nouali constituit. Hospites uero inter nos pa-
trij gloriamur esse. Ab initio siquidem senem Laertem
adiens interrogat, quem in urbem non uenire dicunt,
sed separatim in agro degere cum uetula ministra, que
illi cibum ac potum apponit. Ipse membra labore exer-
cit, repens continuo per loca consita et uincta: Nunc

ego

ego ueni. Patrem uero tuum dicunt peregre esse, dij il-
lum per itinera exagitant, nō adhuc periit, sed uiuus
in mari apud insulā circunfluam continetur, ab agres-
stibusq; & duris prohibetur hominibus, qui illum in-
uitum retinent. Sed ego, qui nec uates sum neq; quog-
rij sciens, nunc tibi uaticinor, quod et dij in animū in-
duxere, quodq; & carentū spero, ut non dlu Vlysses
procul à patria erit, nō si ferrea vincula haberet. Nā
cū magna sit præditus arte, excogitabit omnino quē-
admodū redeat. Tu uero rursus dic, si ex ipso Vlysse
natus es. nam ei uehementer & corpore & oculis si-
milis uideris. Etenim frequenter simul cōuenimus pri-
us q; ad Troiam iret. Hic & alij Argei fortes nauem
conscenderunt. Ex illo neq; ego amplius Vlyssem ne-
que item ille me uidit. Huic Telemachus: Nēpe (inquit) vix fave-
nerat tibi referam. Mater enim me illius dicit esse, atta cuiq; no-
men ego nescio. Nōdum enim aliquis suum ipse nouit
genitorem. Utinā ego fortunati uiri alicuius filius fu-
isset, quem suis in possessionibus senectus inueniret.
Nunc uero filium me esse dicūt illius, qui miserrimus
est omnium hominum. Nō equidem Minerua inquit te ge-
nere ignobilem postea dij fecere, quando te talcm Pe-
nelope genuit. Sed itē dic mihi, quod hoc coniuium
qui cōuentus hic est? quidnam agis, cōuiuiū an nupti-
as? quoniā hēc symbola nō sunt. O quām impudenter
bi uidetur tuis in edibus uesci: qcung; profecto sapit,
etq; superueniens hēc probra affixerit, magnopere

ODYSSEAE

succeseret. Ad hec Telemachus: Hōspes, inquit, quando hec interrogas & uestigas, hæc domus felix et insegra omnino debuerat esse, ut etiā ille peregre erat: nunc aliter dij uoluere, male cogitantes, qui illū preter feteros mortales perditū ac miserū fecerunt. Neque ego tanto premerer dolore, si apud Troiā ab inimicis unā cū socijs interfactus fuisset, uel etiā in amicorū nauibus bello confecto: tunc & Panachei tumus illum ei excitassent, et inde gloria ingēs filio prouenisset. Nunc harpyie illū inglorium eripuerunt: abiit ignoratus inauditusq; mihi, unde dolorem animo meo nō mediocrem reliquit. Sed nō solum illum lugere, uerum et aliam iahi dij mala intulere. Quot enim uiri optimates in Dulichio & Samo & Zacyntho, quōt ue apud Ithacā dominantur, tot mēae matris cōnubia petunt, meāq; domum continuo absunt. At illa nec negat matrimonii, neq; constituere potest. Illi obiter rē disi-
pant meā: nec mora, quin & me funditus ipsum euer-
tent. Proh facinus inquit Minerua, q; tibi opus Vlys-
se, qui in procos impudentes manus iniiciat. Si enim
nunc ueniēs ille in domus primis foribus consistat, ga-
leam & scutum simul & hastas duas habens: talis in-
quam esset, qualē ego ab initio cognoui in nostra do-
mo bibentē atq; gaudentē, præterea ex Ephyro ueniv-
ente ab Ilo Mermeris filio. illuc enim cum nauī profe-
ctus erat, pharmacū queritans quod sagittas ueneno
inficeret, sed ille negauit, q; deos ultores ueretur. de-
dit

dit attamen pater meus, qui eū magnopere diligebat.
 Talis igitur si ille existeret cum procis congregiens,
 deū proculdubio citò perirent, amarasq; degustarent
 nuptias. Sed profecto hec in decorū sunt uoluntate ac
 precibus, si rediens domū uindicabit an cōtrā. Te ue Minerue
 ro interea meditari iubeo, quonā modo procos ex ēdi
 bus pellas. Nūc itaq; aduerte, meaq; cura uerba: cras
 in concionē Achæos heroas conuoca, cunctos alloque
 re. dij testes snt. procos quidem diuisos ad illorū habi
 tationes redire iube. Mater aut, si animus est ei nubes
 re, rursus in patris sui domū redeat. Ille namq; & con
 iugiu & dotem, aliaq; multa, ut par est erga filiā pa
 ter, parabit. Tibi uero ipsi diligēter quid sis acturus
 monstrabo, si tamen obtēperabis. Nauē que sit opti
 ma, cū uiginti remigibus apta. cum hac deinde abi de
 patre inuestigatum, si quis usquam mortalium tibi di
 cat, uel fama ex loue audias, qui maxime fert homini
 bus gloriā. Primum quidē Pylū proficiscere, ac Nesto
 rem percōtare. Inde uero Spartā ad Menelaū, qui ul
 timus Achæorum rediit. Si quidē patris uitam & re
 ditū audiueris, nempe quanq; in anxietate animi annū
 totū tolerabis. Si uero extinctum intellexeris, redibis
 protinus in patriam, ac ei sepulchrum excitabis: iu
 stiāq; funeri de more, aliaq; q; multa, que matrem uiro
 tribuere fas est, curabis. Vbi uero hec absoluieris te
 cum cogita quomođo procos in ēdibus interficias, si
 ne dolo, siue manifeſte. Nec enim te oportet infantia

ODYSSEAE

uereri, quod non talis existas. An nō audis quale Orie
stes iuuenis gloriā est assecutus pr̄ter omnes morta-
les, quod Aegisthū uirum dolosum patris interfecto-
rem trucidauerit? Itaq; dilecte fili ut te magnum pul-
chrumq; aspicio, fortis eris, ut de te posteriorum ali-
quis bene loquatur. Nunc ego ad nauem sociosq; ibo,
qui me prestolari nimis egrc ferūt. Tibi demum ipse
fis cure, & ad ea que dixi, animum aducite. Cui Tele-
machus: Hospes, inquit, hec nempe ut prudens pater
filio narras, nec corum ego unquā obliuiscar. Sed ro-
go, quanquā festinas, aliquātulum supersede, ut letus
gaudensq; ex me munus pulchrum honestumq; habe-
as, ac preciosum mei apud te monumentū sit, quale ho-
spes hospiti charo dare solet. Nec me ō charū caput,
inquit Minerva, retine nunc iter spectantem. Donum
enim quodcumq; dare cupis, rursus huc redūti mihi
dabis, domū uti ferā: ac quo pulchrius erit, eo dignis-
us reddenda uice. His dictis, ut avis anopaea euolādo
disparuit. Telemacho autē & robur et audaciā addi-
dit, patrisq; ei memoriam magis q̄ antea, desideriūq;
reliquit. nam & animo obſtupuit, putauitq; nibilomi-
nus esse deū. Statim itaq; ad procos abiit, inter quos
sedētes audiētesq; diuinus poëta canebat Achaeorum
dirum redditum, quem ex Troi. & Pallas mandauit. Hu-
ius Penelope cantum ex superiore thalamo audiens,
animōq; cōdens, ex scalis descendit protinus altis, nō
sola, sed duabus comitata ministris, ac frōtēm uincta
pul

pulcherrimo ornatu, uersus procos cōtendit, apudq; aule limen constitit, ancillis ex utroque latere astantibus. mox lachrymās cātorem alloquitur: Phemī, mul- Penelope
ca quidē hoīes mulcētia nosti, facta uidelicet mortali- Phemio.
um ac deorum que canunt poēte. Tu inter hos consi-
stens nunc cātas. his tacite obiter uinū potātibus, de-
fīne queso ab hoc cātu acerbo, qui meum solicitat pe-
stis, quoniā me dolor occupat immēsus ob mei memo-
riā uiri, cuius gloria per Greciā ac mediū Argos la-
tē uagatur. Cui Telemachus: Mea, inquit mater, quid Telema-
chus Pe-
nelope
matri,
inuides aut ēgre fers musicum hunc? delectare in his que mens ei suggestit. nō enim cātores in causa, sed Iu-
piter, qui hominibus inuentionē subministrat, ac cui-
tibet quā uult materiam ad dicendum præbet: quam-
obrem nō ēgrē ferendum aut succēdendum, Danaūm
calamitatem cātu recenserit. Nam eum precipue can-
tum homines laudant, qui ex his que nouissime conti-
gerunt, maxime constat. Animus igitur tuus audiat,
nec audire horrefeat. Nō enī solus Vlysses apud Tro-
iam perijt. multi nanque alij interierunt. Verum tu int̄
œcum melius ibis ad operatua obeunda, telā, colūq;;
familiter & ancillas idem facere iube. Consiūm ser-
moq; uiris omnibus cura fuerit, mihi præsertim, cu-
ius domi est imperium. Illa uero admirans, filijq; uer-
bum prudens animo cōsiderans, se rursus in œcum re-
cepit: ac in thalamum cum ancillis ascendens, Vlyssem
œrum suum amātissimum flebat, donec dulcem oculis

ODYSSEAE

soporē Minerva immisit. Post hec prociā iam inter se
per ades fremebat, lectis quiescere cupientes, quibus
Telemachus ait: Proci matris meae, immensa cōtemne-
lia uiri, nūc quādo licet, in epulis collatēmur: clamor
absistat ac murmur. Nam profecto pulchrum, hūc po-
etam dijs cantu similem audire. Cras cum primum il-
luxerit, omnes in concione ueniētes sedebimus, ut uos
bis edicam: ex edibus meis exite: alias curate epulas,
alias possessiones edite, domos mutando. si aut̄ hoc uo-
bis melius uidetur esse, unius hominis rē impune per-
dere, perdite. ego deūm fidē clamabo testaborq; si ui-
ces operū puniendas dabūt, impune deinceps & uos
intra has ad eis peribitis. sic ait. At illi latra mordi-
cūs tenentes, Telemachū admirabātur, ut q; audacter
locutus esset. Cui Antinous: Telemache inquit, dij pro-
fecto te magnū oratorem ac grandiloquum esse docu-
erūt, ne te propterea Ithacē Iupiter regem constitua-
at, quod tuo generi patrium est. Excipiens Telem-
achus: Antinoë, inquit, siquidē admiraris quodcūq; di-
co, & hoc uelim ex Ioue habere. an malum in homini-
bus id esse dicas: nō profecto malum aliquod est impe-
rare. Imperās enim & domi auctior, & honore subli-
mior est. Sed Ithacē nempe & iuuenes & senes exi-
stunt uiri principes, quoru forte aliquis postq; extin-
ctus est Vlysses, hoc habeat. Ego tamen domus mea si
mulq; seruorū quos Vlysses in p̄dā tulit, dominus
Euryma- cto. Cui Eurymachus Polybi filius respōdēns, ait: Te-
le

Telema-
chus pro-
cos iubet
domo ex
eedere.

Antino-
us Tele-
macho.

Euryma-

lemache, hec in deorū sunt uoluntate, quisquis Ache,
 orum Ithacē regnabit: tu nihilominus possessionibus
 ac edibus Vlyssis succedes: neq; enim uir ueniret ali-
 quis qui hæc abs te inuitu per uim auferret aut eripe-
 ret. Sed his misis, uolo te uir optime de hoc hospite
 interrogare, unde is est uir, ex qua se dicit esse terra,
 ubi cius genus et patria? fert ne tibi de patre tuo nū-
 cium, an sui usus gratia aliquid expetens hic uenit?
 quali assurgēs indole ingreditur? neq; cognosci susti-
 nit. non enim aspectu ignauus uidetur. Cui Telemachus.
 Telemachus: Eurymache, inqt, patris mei aduentus spes per-
 chus Eu-
 itaq; nuncium eius, etiam si ueniret, non facile cre-
 ry macho-
 dam, neq; de uaticinio curio, si quē forte mater mea ac-
 cersens percontaretur. Hospes hic meus paternus ex
 Tapho est. Mentem Achilai filium, qui Taphijs impe-
 rat, se dicit esse. Hæc Telemachus ait, animo tamē deū
 esse arbitrabatur. Proci aut in saltatione & cantu iu-
 cundū conuersi, usq; ad diei serū sunt gauisi: dormitus
 inde se quisq; in domum suā recepit. Telemachus itē
 multa secum animo uersans, cubitū in thalamū altissi-
 um celebriq; in loco edificatum uenit, cui Eurycles
 prouida ardentes præferebat faces. Hanc Opis Pise-
 noridis filiā in prima existentē pubertate, Laertes de-
 nutrix.
 suo uiginti boum precio emit, ac honore parē uxori
 domi habuit. Hæc itaq; faces ferebat, Telemachumq;
 preter ceteras famulas diligebat, ac tantillū nutrie-
 ret. Ille fores thalami impulit, in molliq; cōscdit lecto:
 pul

chus Tele
macho.

ODYSSEAE

pulchrā deinde exuēs tunicā, uctule in manib⁹ dat⁹
quā illa ordine plicās aptansq; palo iuxta cubile sus⁹
pendit. Postremo ē thalamo egrediens, fores anulo
ostij argenteo contraxit : loro deinde clauē deductis
occlusit. Hic ille nocte tota solo opertus amphimallo,
iter, quod ei Minerua dixerat, animo uoluebat.

ARGUMENTVM LIBRI II.

¶ Conuocata Telemachus concione, nunciat prods sull⁹
ex Vlyssis domo discessum. & acceptis ab Euryklea itine-
ri necessarijs, à Minerua uero socijs & naue, soluit sole i⁹
occidente.

ODYSSEAE

LIBER II.

CVm primū effulgit roscis aurora quadri-
gis,
Continuo ē stratis proles consurgit Vlysfis.

Induit & uestes, humeroq; accommodat enſcm.

Mollia dein pedibus formosis uincula neclit.

Parq; deo egrediens thalamo, preconibus omnis

Concilio cogant extemplo mandat Achaeos.

Conuoca
tur Achaei Ipse quoq; ingentem properabat ab edibus hastam

Corripiens: geminiq; canes comitantur euntem.

Cumq; illi miram Pallas ueneranda decorum

Preberet, populus uenientem suspicit omnis,

Iog; tirono patrio heterces cœſte ſedenti.

Heros Aegyptius.

Inter quos heros Aegyptius loqui cœpit, qui ob se
neciam incurans erat, quatuorq; habuit filios, quorum
unus Antiphus vir fortis inter socios Vlyssis ad Tro-
iam nauigauit, et ultimus eorum quos Polyphemus
in spelûca decuoravit. Alius itē Eurynomus inter pro-
cos uersabatur. Duo item reliqui artem cōtinuo ex-
ercebat paternā. Is igitur heros, domestici luctus non
immemor, sic moestus cœpit: Audite quod dicam Itha-
censes, nunq; in cōciliū aut concionem conuenimus
ex illo, quo Vlysses cum nauibus discessit: nunc autem
quis ita repente nos excitauit? que necessitas aliquem
impulit uel iuuenum seu senum, qui forte primus au-
diuerit reuertētis exercitus nuncium, nobisq; refer-
re manif esto, uel certe publicū aliud dicere comemo-
rareq; uelit. Bonus enī mihi uidetur esse ac plane pro-
fectorus, cui in primis bonū quod animo tentat, auto-
re deo bene euenerit. Sic ait. Telemachus uero ob ho-
norē famāq; gaudebat, quod nunq; in eum diē consede-
rit, aut in cōcione aliquid dicere tētauerit. Itaq; con-
surges in medium, sceptrum sumpsit, ei à præcone Pi-
senore uiro prudētē allatum: deinde in senem conuer-
sus ait: O senex, is qui populū excitauit in concione,
nō lōge abest. ipse quoque nosse posses. dolor enim me
cogit. neq; (ut ait) reduntis exercitus nunciū, aut ali
quod publicum quod uobis referā, primus audiui: sed
meum ipsius damnum, quod bifariam mēa inuasit Jo-
vum. Primum quidem, quod parentem amisi, qui et

ODYSSEAE

nobis uti mitis pater olim imperabat. Alterum tamen
nunc longe maius, quod domum omnem funditus ua-
stabit substantiaq; disperdet. Proci namq; filij magno-
rum uirorū, matrem mēā inuitam sibi exptunt: conti-
nuoq; patris eius Icarij domū adire student, ut ipse fi-
lia illi quē maluerit ac magis dilexerit, cū dote locet.
Mēā insuper domū quotidie frequētant: boves, oves,
capras pingues mactantes, spulantur: uinumq; nigrū
potant: multa quoq; absumuntur: nec ullus adeſt qua-
lis noster Vlysses, huic pesti repellenda idoneus. Nos
enim minime apti, cum sumus imbellis ac uirium indo-
ciles. Quòd si uires adessent, iniuriā profecto propul-
ſarem. Non enim toleranda perpetrātur, nec pulchre
mea absumitur domus. uos met obiurgari ac reprendi
patimini, uicinos circa incolentes ueremini, decorum
formidate iram, ne mala uidētes facta, uos euertant.
Queso per Iouē sanctumq; fas, quod hominū concilia
et soluit et constituit, patimini, meq; tantum finitema-
ſcro luctu consumi, si nunquam pater meus optimus
Acheos odio persequens incōmodis affecerit: bis me
munerate malis, iniqua perpetrantes, aliosq; incitan-
tes. Mihi uero utile satis fuerit, si mea bona prouen-
tuſq; edēdo absumpſcritis: quandoq; profecto ex bis
ultio erit, ac per urbem res uerbo repetemus, donec
oīa reddantur. Nunc autē mēā animum frustra dolore
afficitis. Sic iratus ac lachrymās ait, ſceptriūq; pro-
tinus in terrā proiecit, ex quo populum omnem naſce-
ricon

ricordia cepit. Cumq; taceret omnes, nemoq; illius duris respondere uerbis auderet, solus Antinous sic coepit: Telemache, superbè admodum locutus es, compri me fastum. quid ais? nos uituperas, ignominiaq; notās afficis? Proci nāq; quos accusas, in causa tibi non existūt, sed mater tua charifima, quæ astutia dolisq; utitur. Tertius enim annus est ac propè iam quartus, ex quo Achæorū animos spe cōtinua nutrit, ac uiro cui libet nuncios mittens pollicetur, alia tamen mēte uer sat. Dolum item alium excogitauit, magnā ac tenuem in edibus telam contexens, nobis clare dixit: Iuuenes proci mei, quando Vlysses extinctus est, meum coniugii tantisper expectate, donec telā absoluā Laerti heroi seni socero meo, ut cum eū mori contingat, uestem babeat funebrē, ne qua mihi Achæorū foeminarū succenseat, si is qui multa possidet, sine tunica iaceat. Sic ait. Illico nobis animus persuasus. Hæc itaq; illi interdiu telā ingentē texebat, noctibus uero accensis lumenib; dissoluebat. Trienniū itaq; dolo transegit. Vbi aut quartus uenit annus, tēpusq; instaret, tunc ex illi us foeminis quedā, quæ probre rē nouerat: Hanc, ait, inuenimus telā iam absolutā, quā perfecit inuita, dissoluentē. Tibi igitur proci sic se excusat ac respondet, uti planè tecū mente consideres, noscant item omnes Achæi. matrē tuam abs te mitte, iubeq; nubere cui pater ipsius iussit, et ei placuerit. Quod si forte longo tempore Achæos hoc modo delusrit, quāuis animo sa-

Antinot
respollo.

Penelos
pes erga
procos
doli.

toquī op
fd. A. regis q.
g. m. / m. m. m.
m. / m. m. m.
m. / m. m. m.

ODYSSEAE

amplius nobis mala prediceres, neq; Telemachū irētum sic persuadendo tibi conciliares, tu & domui domū aliquod expectans, si tamen per illum licebit. Verum hec tibi dico quæ & eueniēt, si tu, qui uetera multaq; nō scis, iuuēnē hūc uerbis accenderis, ut propterea sp̄ritus assumat, ipsi in primis incōmodū erit: nihil profecto egeris horū gratia quæ dixisti. Tibi nos hāc pœnam quā animis quorundā intentare uideris, procul-dubio infligemus. Telemachum ego sic in omnibus fi-deliter admonebo: Matrem suam ad domum patris in beat discedere. Ille et nuptias & dotem, et demū que-cunq; patrem erga charam filiam decet, facile ordinebit. Nam Achaeos ego nunquam desituros aliter puto à perseundo optandoq; ipsius coniugio, quod nullū iam metuant aut current. Non Telemachū, quamvis lo-quacem minacēq; nō item uaticinia tua senex, que si-ne fine iactas, ex quibus tu potius odium sustinebis. Nā sic opes Telemachi magis absumētur, dum Achaei matris expectāt nuptias. nos quoq; inter nos, propterea de uirtute ac meritis quotidie cōtendimus, nec ali-as tētamus cōditiones, quæ forte singulis cōuenirent.

Huic Telemachus: Eurymache, inquit, & uos alij illi-stres proci, hec ego uos nō amplius rogo aut bortor, quæ iam & dij & omnes nōrunt Achaei: tantum mihi nauem prebete celerē ac comites uiginti, qui mihi na- uigando utring; iter fecent. Spartam ac Pylum petā, patris mei peregrinatis redditum inuestigās, si quis mi-hi

Telema-chus pro-sis.

bi mortalium referre habeat, uel famam aliquo modo
ex Ioue audiuerim, que maxime fert mortalibus glo-
riā. si quidem eius uitam & redditum intelligam, annū
profecto in peregrinatione et miseria sustinebo. Si ue-
ro extinctum esse accipiam, in patriam reuertens, tu-
mulum ei excitabo: iustaq; funeri, ac alia que deceant
curabo, simulq; matrem uiro nuptui tradam. Sic igi-
tur locutus cōsedit. Mentor uero qui Vlyssis fuerat so-
cius, cuiq; discedēs ille curā domus totius mandauit,
¶ ut seni obtēperarent, firmaq; omnia ac integra cu-
stodiret, tunc exurgēs sic exorsus est: Audite Ithacens-
es quæcunq; dixero. Nullus deinceps rex sceptrū te-
nens placabilis mitis ue existat, neq; animo sibi æqua
decentiaq; proponat, sed durus immitisq; ac alijs in-
cōmodus. Heu quam nullus meminit Vlyssis, populorū
quibus imperauit, q; dulcis existeret pater. At ego mi-
nime inuideo, cū aspicio procos hos talia indigna ani-
mo insolenti perpetrare: suorum enim capitum peri-
culo domum Vlyssis deuorant, quem minime redditū
affirmant. Sed & reliquo succenso populo, quonam
modo silentes sedetis omnes, nec uerbis resistētes, mul-
ti cum sitis, paucos procos coērcetis? Cui Liocritus
Euenoris filius respondēs: Mentor, inquit, iurgator,
stulteq; animo, quid aīs: nos adhortaris desistere? Du-
ram profecto certare cum his, qui et uiri sunt & plus
res, præsertim circa epulas occupatos. Siquidē Vlyssis
ipse superueniēs, procos in suis edibus comedētes

Mentor
Telemas-
chum tu-
eri studet

Liocritus
Mentor.

ODYSSEAE

expellere tentauerit, uxor propterea minime letabatur, quanquam magnopere aduentum eius desiderat, cum ipsius indecens fatum secutura sit, si cum pluribus ille certauerit. Quapropter haud recte locutus es, sed et uos turbæ ad officiu[m] artesque uestras iam discedite. Telemacho autem et M[er]itor et Alitherses iter suadent.

Hi namque ab initio patrij sunt socij. Verum ego existimo, si apud Ithacam aliquādiu reſederit nunciū de patre audiet, ex quo bac uia forte supersedebit. His dictis, statim cōciliū misit. At illi huc illuc sparsi, quisque domum properauit. Proci uero in Ulyssis domū se recesserunt. Telemachus autem separatim ad maris tenuis littus, ac manus aqua marini lauās, Mineruam talibus precatur: Audi, queso, me dea, que hesterna die meam petiisti domum, et me nauis iussisti pōtum ingredi, ac de reditu patris mei diu absentis sciscitatū ire. Achei presertim proci hec omnia absununt. Sic orantē illa Mentorī corpore et uoce assimilata, compellās sic alloquitur: Telemache, nō ad extremū ignarus eris neque amens. Si enim patris tui robur et virtus in te fuerit, qualis erat ille ad aliquid reuerbis obeundum, sic tu negocium quod dico perficies: ne que in posterium uia frustratibi aut paenitenda erit.

Si autē illius ac Penelopes proles non existis, que tenetas minime te sperauerim perfecturum.
Pauci nam similes patribus nascuntur honestis,
Poidores longe uenient pars maxima semper.

Telemachus
et Minerua
et precatur.

Minerua
sub Merito-
ris plena-
uer ppe-
rare hoc-
matus.

Sed

Sed quando non ignauus successor neq; stultus es, nō
item omnino Vlyssis te indoles deseruit, spes est te ope-
ra hæc in futurum obire. Quia mobrē nūc procorum
et cōsilium et sententiam mitte, quando nec prudens-
tes neq; iusti sunt, neque itē mortē fatumq; suū, quod
prope diem instans, omnis est perditurum, facile nō-
rūt. Tibi autē uia quā animo uoluis, nō procul aberit.
Ego uero tibi socius paternus adero, qui nauē tibi ce-
lerē parabo, sequarq; quocunq; ieris. Tu tantum nūc
domū propera ac procis fac uerba, para uiaticū, uasi
bus omnia cōgere necessaria: uinū in amphoris, fari-
namq; hominum substantiā in pellibus densis: ego inte-
rim in populo socios uoluntarios colligā. Sunt namq;
naues multæ nouæ ac ueteres in littore Ithacēsi, qua-
rum ego unam quæ optima uidebitur, diligā. hanc in-
fructā magnū in pelagus deducemus. His ab illa mo-
ritis Telemachus non amplius moratus, ubi deam au-
diuit, ē uestigio domum cōcitatus properat, ubi pros-
cos iniquos in aula hœdos suisq; edentes offendit. In-
ter quos Antinous ridēs aduersus iuit, blādeq; manū
salutās ac uerbis cōpellās, ait: Facūde Telemache, im-
petum cōpesc, neu aliquod pectore uerbū opūsue me
ditare, uerum ede atq; bibe sicuti prius. Achēi namq;
cuncta hæc quæ poscis, affatim subministrabūt, et na-
nē et lectos remiges, ut Pylam celeriter eas sciscita-
tū defama patris. Cui Telemachus: Nō est, inquit, cur
eum insolentibus proteruisq; uobis ego mitis cōpuler,

Antinous
Telema-
cho.

Ridet Te-
lemachus.

ODYSSEAE

aut unde gaudem. an nō satis antehac mea multa bona possessionesq; o proci cōumpsistis? tunc enim parvus admodū eram, nūc grādis factus, aliorū ausculto sermonibus. percōtor. mihi animus propemodum est auctus. tentabo uos in malā deducere sortem, uel Pylum petēs, aut apud hunc populu. ibo quidem, nec uanum (puto) iter quod prædico, crit. Etenim mercator, nō nauis aut remigum rector fio, quēadmodum uobis potius est uisum. Dixit, & ab Antinoi manu manū facile distractus. Proci aut reliqui circa epulas occupati erāt, uerbisq; sic obmurmurabāt atq; carpebant: Nō dubiū quin Telemachus nobis mortē meditetur. uel ex Pylo fortis uiros, uel ex Sparta ducet, quando uelox grauisq; uidetur discessus. seu forte Epbyrā contendet, huberē admodū terrā, ut hinc uenena præparet, ac cibarijs hordeoq; misceat, ut nos de medio tollat. Alius itē iuuēnū superborū sic aiebat: Quis nouit si forte hic nauē soluens ac lōge peragrans à domes̄tī cis, erret uelut Vlysses ac pereat? sic laborē nobis augabit, quōd possessiones inter nos diuidemus. Domum uero eius matri dabimus, ac illi cuicunq; nupserit. Sic inter eos cauillabātur. At Telemachus in patris thalamū excelsum ascēdit, ubi aurū esq; accruatum iacebat. Insuper uestes in loculis cōdite, oleūq; satis odoratū, aderant. Parte alia dolia uini dulcis ac ueteris, diuinū intus potū habentia, ordine usq; ad murū cōtinuabāt, si quādo Vlysses post multos labores rediret.

ordinata. Hic bifores ianue, pulchre cōpacte ceciderat. quapropter Euryclea Opis Pisenoridis filia, que promiserat, sedulò diebus ac noctibus custos affidebat, oīaq; ingenti solertia seruabat. Hāc Telemachus in thalamum cōpellans, his uerbis alloquitur: Chara nutrix, agedū uīnū mihi in amphoris auri, quod dulcius fuerit, post illud tibi seruatū Vlyssi misero, quando uti putas, ex erroribus redierit, duodecim uino dolia implebis, eaq; clausa operculis aptabis. Deinde farinam in culleis ex pelle cōsutis mihi promes, uiginti sanc̄ mensuras molite farinæ, quales ipsa sola nosti: si mulq; omnia cōgregata existant. Cras enim sole occidēte soluam, q̄ primum mater in thalamū superiorē se receperit cubitum. Spartā igitur ibo Pylumq; chari genitoris redditum percōtaturus. Sic ait. at nutrix lachrymans talibus respondet: Quid ō charissime nate Euryclea in mentē nunc tibi uenit? quō uis irestantū ne telluris solus obire dilectusq; Vlysses quidem longe à patria, fortasse in ignota patria periūt. Deinde hic in te proci mala cogitabūt ut dolo pereas, ex quo hēc tua inter se diuidēt. Quare si sapis, hic cum tuis quiesces: nec in pōto errare te oportet, ubi mala multa subibis. Cui Telemachus: Bono sis, inquit, animo nutrix, q; nō sine deo hoc meū cōsilium existat, sed iura matris te nihil dicturā ante undecimū duodecimū uē diē, seu prius q̄ appulsum me audiat atq; desideret, ne corp° fornojum lachrymis corrūpat. ad hēc illa statim magno

Telemachus Euryclea nutrici.

Solatus
Telemachus Eurycleam.

ODYSSEAE

deorū iure iurādo iurauit: quo facto, minum in ambo
 ras hausit, farinaq; quātum opus cullos ex pelle con-
 sutos impleuit. At Telemachus inde domū profici-
 tur, procos allocuturus. Minerua interea ipsi Telema-
 cho assimilata, urbem totam pererrat, socios nauales
 hortatur, ut uesperi apud nauē conueniant iubet. Sol
 interim occidit, umbreq; uias oēis occupat. Tunc na-
 uem ad mare traxit, ac arma cunctaq; supellectilem in-
 ea posuit, quæ naues ferre solent, eāq; in extrema por-
 tus parte statuit, circaq; socij aderat cōgregati, quos
 omneis dea est adhortata. Hec illa cum egisset, tū ad
 domum properat Vlyssis, ubi procis finē bibendi po-
 sit: dulcē deinde somnū iniecit, quo iam grauatis po-
 cula ē manibus excidebat. Itaq; nō diu morati, domē
 quisq; per urbem repetit, cubitumq; se recepit. Eadē
 insuper Mentorī assimilata, Telemachū ex adib⁹ re-
 gīs ad se cōpellat: Telemache, inquit, iā socij nauales
 temos accincti, uti soluas expectant. Itaq; iam eamus,
 ne mora diu simus itineri. Sic ait. statimq; prima uia
 ingressa est, ille subsequitur. Vbi uero ad mare perue-
 nerūt, socios prestolātes offendrerunt, quibus Telema-
 chus ait: Venite fidissimi, cibaria necessariaq; nauī im-
 ponamus, jā domi cōgregata sunt omnia. Mater enī
 mea, cetera q; famulæ hæc ignorat præter unā. Sic di-
 cens preit, illi subsequuntur: cunctaq; simul ferentes,
 ut erat iussum, nauī imposuere. Post hæc Telemachus
 ratē concendit. Minerua deinde clauū tenens, in pup-
 pi

Minerua
solicitu-
do.

Telema-
ch⁹ socij.

pi sedet, illeq; itē iuxta. ambo autē orā soluerunt. Postremo reliqui trāstris ordine cōsederunt, quibus dea zephyrū prosperū quidē flatum immisit. Telemachus uero socios arma expedire iuſſit. illi obtēperantes statim malū abiegnū media in naui erigētes statuere. Inſeriusq; basim rudentibus pādunt, turgent media flatibus. fluctus circa carinā euntē obmurmurāt, que uia ſe liciter ſecans, percurrit undas. Armis demū naui alli gatis, crateras statuūt & uina coronāt, libantq; dii immortalibus, ac primum Minerue. Nocte igitur tota uſq; ad aurorā in itinere fuerunt.

Hesych.

ARGUMENTVM LIBRI III.

Telemachum unā cum Minerua ueniētem Nestor excepit hospitio, quibus ea qua Græcis euenerunt ē Troia ſedētibus enarrat. percōtransq; de procis, & audiens Mētrūa eſſe absentē, ei ſacrificat. Telemachus uero aurum accipiens, unā cum Pifistrato illius filio Spartam contendit. Nocte autē ſupueniente, apud Diocle Pheris diuertitur.

ODYSSEAE
LIBER III.

SOL MARIS interea exurgit pulcherrimus undis,
Celicolis terrasq; iubar latus in omnīs.
Pars Pylon accedit, preclarā Nestoris urbē,
Pars tibi nigrantes mactant Neptunc iuuēcos,

Ac-

ODYSSEAE

Accincti, statuuntq; nouem per litora sedes
Cuilibet, & totidem tauros posuere sacrantes.
Ac quinquageni residencebant ordine naute.
Viscera mox pandunt, Neptuno cetera torrent.
At alijs rectâ ducunt ad litora nauem,
Vela legunt, dulci demum potiuntur arena.
Telemachus mox descendit, cui diuina Minerua
Dux erat, ac illum sic est affata uerentem:

Minerua
Telemachus.

Telemache, non opus uerecundia uel tantulus: Hac enim de causa pontum nauigasti, ut de patre ubi terrarū sit, aut quod fatum sit sortitus per cōteris. Nunc age rectâ ad Nestorē contendē, ut si quod in sensis pectorē consiliū latet, illū obsecra ut uera referat. à me dacio profecto procul est, cū magnopere sepiat. Cui ille: Mentor, inquit, quonā modo ipsum percontabor? nondum in uerbis cultus, aut in dicendo exercitatus. Pudor præterea hominē iuuētē senem interrogare. At illa: Telemache, inquit, alia quidem in pectorē tibi mens, alia uero tibi deus suggesteret ac monstrabit. Nō enim te ut frustra dijsq; inuitis, natū ac nutritū existimo. Sic dicens, prima uia arripuit, ille subsequitur. Ad hominū tandem Pyliorum frequentiam sedesq; perueniūt. Hic Nestor cū alijs considerbat. Circa uero so-
cij cōuiuum parantes carnes assabant. Alij uerubus trementia figūt. Qui cum primū aduenas cōspexere, confertim omnes obuiam procedentes, dextris conse-
luta uere, deinde sedere iussrūt. Primus Pisistratus ac

Telemachus Mi-
nerua.

Recipiunt
tur hospi-
tio.

edens, ambo rū manum præhēdit, mēnsēq; iuxta ad-
 hibuit, ac ī mollibus puluillis supra maris arenas in
 ter Thrasj medē patruū, patremq; Nestorē locauit,
 partesq; uiscerū apposuit, uinū præterea in aurea
 patera fudit. Deinde uerēs Mineruam multis alloqui-
 tur: Liba hospes regi Neptuno, quo iuuante hic ueniē-
 tes in has epulas incidistis. At postq; libaueris ac no-
 ueris uti fas est, da huic item alteri paterā pariter ut
 bibat. Nam et hunc puto deos oportere orare, cū oēs
 homines dijs indigeant. Verum quōd iunior sit Ω mihi
 coœuus, tibi primum aureū poculum dabo. Sic ait,
 ac manibus pateram uini dulcis præbuit. At Miner-
 ua ex huminis æquitate ac sapiētia gaudebat, quōd ei
 primū pateram dedisset, statimq; Neptunū orauit: Au-
 di Neptune, inquit, nobis uolentibus sis propitius, Ω
 que peto perfice. Nestori primū ac filijs gloriā tri-
 bue, deinde alijs Pylijs omnibus inclytæ hecatōbē præ-
 miū grātum. Da deniq; Telemacho mihiq; ea exequi,
 quorū gratia huc applicuimus. Vbi autē hæc orauit,
 ac cūcta ex ordine perfecit, Telemacho paterā ut ipse
 similiter oraret, præbuit. At illi quos supra memora-
 ui circa Nestorem esse, postq; carnes assauere ac exi-
 gue eripuere, in partes diuiserunt, postremo comedē-
 rūt. Postq; uero potus cibiq; compressa libido, Nestor
 sic cœpit: Nunc demum pulchrius hospites percon-
 tari quinam sunt, quando ex cibo sunt exhilarati. Ho
 spites, cuiates estis? quō per liquidas uias tenditis? an uenias.

ODYSSEAE

ob usum aliquē, uel potius frustra errātes, ueluti pri-
dones per mare currentes, mortis periculū aderat,
ut alijs incommodum ferant? Cui Telemachus sapiens
fidēsq; animi (nam Minerua ei audaciā dederat, ut de-
R&der Te absentē patre prompte interrogaret) sic respondebat: O
Iemacho. Nestor, ingens Achaeorum gloria, rogas unde sumus?
Ego uero dicā: nos ex Ithaca huic nauī aduecti sumus.
causa est nequaq; publica, sed priuata. patris mei Vlys-
sis famā uenio sciscitatum sicubi audiuerō: quē quan-
doq; dicunt tecum petentem Troianorum urbem ex-
pugnasse. Alios quidem omneis quot cum illis pugna-
uerē, qua in parte quilibet perierit, audiūmus: illius
tantū fatum inauditum ac indeprehēsum Iupiter esse
uoluit. Nullus enim manifestō dicere potuit, ubi gen-
tium extictus fuerit, siue in terra ab hominibus ini-
quis depreſsus, siue in mari inter fluctus Amphitrites.
Huius igitur rei gratia tua nunc genua peto, si uolue-
ris, illius fatū miserabile referas, sicubi tuis oculis iā-
deris, seu ex aliquo errante forte quicq; de illo, quem
profecito miserū genuit mater, audiueris. Ne, queſo,
me uerere moſtū reddere, aut mei misericordia defi-
ſte: sed cro dic ordine, sicubi uideris, si meus unquā pa-
ter Vlyſſes uerbo tibi uel opera gratus fuit in populo
Troiano, ubi multa ſimul paſti eſtis incōmoda. Horū
igitur nūc reminiscere, ueraq; mibi fare. Huic cōtrā
Nestor Te Iemacho: Achaei apud Troiā uiribus exerciti tolcravimus, ſig-
dem

dem omnia narravero que in nauibus errantes circa
 prædā, ubi Achilles dux erat, uel quāta circa edes Pri
 ami pugnādo gessimus, ubi tot fortis ceciderunt, ubi
 item Ajax fortissimus iacuit, ubi Achilles, ubi Patro-
 clus, ubi deniq; meus filius charissimus Antilochus in
 pugna simili et cursu præstatiſsimus, ac alia quidē mul-
 ta in his paſſi ſumus, quis oīa ſermōe proſequeretur
 Nō proſecto, ſi annis quinq; ſex ue dicēdo perſeuera-
 res, nunq; quoſ mala ſunt paſſi Achaei, referre poteris,
 uerū triftitia prius affectus, in tuā patriā reuertaris.
 Annis nouē circa Troiā omnibus inſiſtendo dolis ma-
 la ſtruximus, uix tandem Iupiter finem dedit. Nullus
 bic ingenio confilio ue Vlyſsi equiparari ualuit, quod
 dolis oībus ceteros antecelleret ille pater tuus, ſi ue-
 ré illius es proles. nā ſimilitudinē eius quandā præ te-
 ferre uideris ex ipſo ornatu decoreq; uerborū. Nu-
 llum enim diceres iuniorē tā apto decoroq; loqui ſer-
 mone. Hic igitur ego & Vlyſſes dū ſimul eramus, nur
 quā in cōcionibus aut cōſilijs diuisi animo aut ſen-
 tia fuimus: ſed unam ambo mentem retinētes, Argæis
 in mediū quod optimum factu eſſet, cōſulebamus. At
 poſtq; Priami ciuitatem expugnauimus, nauesq; con-
 ſcendimus, deus Achaeos diſperſit. Tūc Iupiter animo
 perniciſum ipſis reditū excogitauit, quod minime ſu-
 piētes, minimeq; iuſti eſſent oīes. quamobrem multi ex
 ipſis exitu malo perierūt ob Palladis iram, que inter
 Aridas fratres diſcordiā poſuit. Ex quo illi in collo
 quiū

De Græco
rum diſſi-
dio.

ODYSSEAE

quium omnēs cōuocārunt Achaeos, sole iam occidēte,
non quidē ordine, nam et uino grauati de rebus con-
sultaturi uenerunt, quarum gratia cōgregati erant,
hic Menelaus in primis iubet omnes per latum mare
reditū spectare, ac domus reminisci. at Agamemnoni
nequaq; sententia placuit. Cupiebat enim populū reti-
nere, ac sacras faccre hecatōbas, ut Minerva irā pla-
caret: stultus, qui nō uidebat id non posse persuadere.
Nō enim deorum immortalium mens aut cōsilium fa-
cile mutatur. Dū igitur duris inter se fratres uerbis
contēdunt, Achaei uoce frementes magna, simulq; dis-
cordes, bifariā sententijs diuisi sunt. Nocte quidem ea
dormiuimus, dura mētibus inter nos uolentes. Iupi-
ter insuper incōmodum parabat. Mane quidē naues
in mare traximus, bonaq; ac mulieres imposuimus.
Pars nostrū dimidia, sese continentes cum Agamemno-
ne remāserunt. pars altera per pontū dei munere quā
etū uelociter ad nauigātes, peruenimus in Tenedum,
ubi sacra dīs fecimus, dormii redeentes. Iupiter autē
animo seu us redditū minime permittebat, qui secundā
rursus inter nos contentionē excitauit. nam qui cum
Ulyssē erāt, iterum nauem ascendentēs, ad Agamēno-
nem retro redierunt. At ego cum uolētibus nauibus,
quae me sequebantur, fugi, quod multa nouerim que
deus meditabatur. Fugit et strenuus Tydei filius Dio-
medes, socios insuper excitauit. Serō autē post nos ue-
nit Menelaus, in Lesboq; longā adhortantes nauigati-
onē

Discors
nauiga-
tio Græ-
corum.

enem inuenit, ut uel infra Chium ad insulā Psyriam se
nistrorūs, uel supra Chiū iuxta Mimāta tēderemus.
Oravimus autem deum, ut signum portentūm ostē
deret, quā potissimum ingredemur: at ille nobis mō
strauit, iusq; mediū secare pelagus in Euboēam, ut
incōmodum uelociter uitaremus. Cœpit autem stridu
lus flare uentus, ex quo celeriter pīcosum diuisimus
ponum, atq; in Gerestum nocte applicuimus. Neptu
no quoq; taurorum crura multa obtulimus, magnum
emensi pelagus. Quartus erat dies, quando apud Ar
gos socij Diomedis naues firmauere. At ego Pylū te
nui: nec unquā secūdus desuit uentus, ex quo ilū deus
excitare cœpit. Postq; uero in patriam inscius inaudi
tusq; perueni nate charissime, qui ex Achēis seruati
sunt, quiue perierint, non satis noui: quæcunq; aut in
nostris residēs adib⁹ audiui, quantū fas est docere,
nō te celabo. Myrmidonas nang; dicūt omnino incolis
mes peruenisse, quos Achillis p̄eclarus filius duxit. In
columē itē Philocteten Poēantis nobilē filiū: oēs deni
q; socios Idomeneus in Cretā reduxit, qui ex bello fu
gerunt: nec ullus per ponti tempestatem desideratus.
Atrides quoq; ipsi audiūstis separati ab alijs existētes
quō peruenit. & quō Argisthus ei necem intulit ama
ram. Verum pulchre poēnas repetiūt, cum filium opti
mum reliquerit, qui parentē ulciscēs, interfectorē do
bosum trucidauit. Sed & tu nate charissime (gaudeo
long; te & magnū & decorūm) fortis es, ut te nepo

Greci q
icolumē
redierūt

ODYSSEAE

Telemachus Ne
stor.

Nestor Te
lemacho.

Telemachus.

Minerua.

Volente
deo, nihil
est difficile

tum aliquis commendet. Ad hanc Telemachus inquit,
O Nestor ingens Achaeorum gloria, pulchre quidem
ille patrem est ultus, unde Achaei decus illi et honorē
maximum ferent, famamq; ac preconium posteris tra-
dent. Vt in am mihi dij uires eas praeberent, ut possim
detestandam procorum audaciā plectere: qui mihi in-
sultantes, in digna continuo perpetrant facinora. Ve-
rū nōdum mihi patri ue meo dij opes tales abstulerūt,
nunc tamē tolerare opus. Cui Nestor: Dilectie, inquit,
quando hec memorasti, ferūt matris tue gratia mul-
tos in ædibus tuis procos te inuitio esse, malaq; multa
irrogare. Dic, quæso, an uoluntarius uinceris, an te ei-
uies odio persequuntur in populo dei uaticinū sequo-
tes? q; nouit si uel solus uiribus fretus eos ille reuer-
tens puniet, an omnes simul Achaei? Si enim te Miner-
ua curabit, procul dubio et Vlyssi curā geret in po-
pulo Troiano, ubi multa simul paſsi sumus. Non enim
adhuc uidi deos ita quenquam curantes, ut Minerua
Vlyssi manifeste astitit: quāobrem sit pariter amare
uelit, et curā animo tui geret, unde facile aliquis illo
rū nuptiarū obliuiscetur. Cui Telemachus: Nondū se
nex, ait, hoc perfici potest: rē profecto ualde magna
miramq; dicis, nec mihi sperāti ullo modo successurā,
uel si dij ipſi uoluerint. Ad hanc Minerua: Quod inqt,
ex ore tibi uerbū excidit? facile deus uolens uel pro-
cul hominem seruabit. Malim ego labores passus mul-
tos in patriam tandem incolument reuerti, quam faci-
le

se domum contingentem perire, ut Agamemnon dolo
uxoris et Aegisthi periret. Sed profecto fatale exiti-
um nec ipsi homini, quamquam charissimo, uolent au-
ferre: quādō sēua Parca mortis inimicæ iubet. At Te-
lemachus: Mentor, inquit, nondum hæc memoremus;
quamuis pia sit cura, nam illi non satis adhuc ex plo-
ratus reditus: quin potius dij mortem ei ac fatum ex-
cogitasse uidentur. Nunc aliud uolo Nestorem inter-
rogare, quod is et iustitia et ingenio ceteris præstet.

Tribus enim hominum generationibus imperasse di-
cunt, ex quo mihi cum immortalibus loqui considera-
req; placet. O Nestor, dic queso uerū, quomodo Aga-
memnon periret? ubi nā Menelaus erat? quod ei fatū do-
losus intulit Aegisthus, quum lōge uiribus fortiorēm
interfecisset? an non Argis erat, sed alibi inter homi-
nes errabat, quod sic illum audacter sit aggressus? His
Nestor respōdens: Tibinate, inquit, cūcta uera loquar.
hoc enim existimo quod et profecto accidisset, si uiuē-
tem Aegisthū in edibus Menelaus ex Troia reuertēs
offendisset, nō profecto moriētem sparsa supra humo
circūfudisset, sed in campo iacentem procul Argis ca-
nes auesq; discerpſissent: nec ulla Achæarum fleuisset,
quā factū maxime detestatæ sint. Nos enim apud Tro-
ian eramus multa obeuentes certamina. Ille uero qui-
etus in penitiore Argo fese continebat, multis Aga-
memnonis uxorem delinire cupiens. At dia Clytemna-
ste prius mente utens, bona rem probrosam detesta-

Telemachus Nestor.

ODYSSEAE

batur, abnuebatq; quod iuxta preceptor & philosophus adesset, cui Atrides Troiam petens ad uxorem seruandā multa mādauerat. Verum quando deorum fatum eam uicit, tunc praeceptorem in desertam mittens insulam, auibus cibum rapinamq; reliquit. Hanc demum uoluntariam Aegisthus in domū traduxit suam, multa animalium crura sacrificijs assari apud altaria, multas item statuas, simulacra & aurū suspendit, ut magni uoti cōpos quod nunq; sperauit. Nos autem ex Troia reuerterebamus ego & Atrides, eadem & amica inter nos sentientes. At quum in Sunium sacrum Atheniensium promontorium peruenimus, hic Apollo Menelai gubernatorem suis uelocibus sagittis peremit, clauum currentis carine in manu tenetem Phrontem Onchoris filium: qui in regenda nani, cum procella irrueret, cūctis præcellebat hominibus. Atrides autem quanquā iter accelerans, hic aliquando substitit, ut socio scipulchrū iustaq; faceret. At ubi ille per pontum nauibus pergens Malicenium promontorio allisit, tunc Iupiter horrendum iter excogitās, uentorum stridentium flatus excitauit, qui resonates fluctus inflar montium in sublime tulerut. Hinc ille secundūs iter, naues Crete propinquas reddidit. Prominet autem in ponto in extrema Gortynos urbis parte saeculum altissimum, hic notus ingentem undam in leuam promontorij cacumen usq; Phestum impulit. Huc igitur uir in uentre, ac de industria periculum uitauere:

Phrontis
nauclei
obitus.

ues uero usq; in specus fluctus cōpulere. Quinas tan-
 tum ex illis uentus undaq; in Aegyptū dispulit. Atri-
 des autem dum hic multum auri & ad uictū neceſſa-
 riorum cogens, ad alienas discurrit gentes, iterū Ac-
 githus domi indignum facinus perpetrauit: Agame-
 mnoncm trucidando, populū perdomuit. Annis septē
 Mycenis imperauit. Octauo autem (malū quidem) Ore
 stes Athenis proficisciens, patrem quidem Aegisthum
 occidendo ulsciscitur: pro cuius simulq; matris sepul-
 chro Argeis conuiuum fecit. Eadem fermè dic Me-
 nelaus superuenit, secum multas nauibus, quantas ca-
 pere potuere, ferēs opes. At tu fili ne, quæſo, procul à
 domo aberres bona relinquēs, uirosq; tuis in ædibus
 adeo iniquos, ut tuam edant substantiam, tuq; iter ni-
 hilominus mane fuscipias. Sed hortor iubcoq; ad Me-
 nelaum eas, qui nuper peregre rediit ex alienis genti-
 bus, unde nunq; animo redire speret, si quis eò per pe-
 lagi immensi procellā feratur, quod nec item aues an-
 no toto uolando metirentur. Verum i nunc nauis cum
 tua tuisq; socijs. Si autem uis per terram, adsunt tibi
 et biuges et equi, meiq; simul filij, qui tibi in Lacedæ-
 moniā urbē duces erūt, ubi Menelaus habitat: oraq;
 illū ut uerū tibi dicat. mendaciū cauebit, quod sit lon-
 ge prudentissimus. Sic ait. Sol in terra umbras ingre-
 diēs occidit. deinceps Minerua sic ait: O senex, profc
 flo hec omnia probe locutus es, nūc quod est reliquū,
 linguis incidite, minū fundite, ut Neptuno alijsq; dijs

ODYSSEAE

libantes de somno cogitemus, cuius iam hora. nō lux
 abiit, obscura nox uenit, nec decet in deorum conxi-
 um properare, sed abire. Illi uero sic dē mādanti
 auscultauere, protinusq; dant manibus famuli lym-
 pham, craterasq; uino coronantes omnibus præbent,
 à pateris incipientes, linguas igni torrent, surgētesq;
 degustat. Vbi uero libārunt, potāruntq; quantum cu-
 piūt animus, tūc Minerua & Telemachus ambo ad na-
 nem redire cubitum statuerunt. Verū ilios Nestor cō-
 tinuit, uerbisq; castigans, Iupiter, inquit, dijq; reliqui
 hoc nō faxint, ut uos ad nauem reuertatis, à me disce-
 dētes tanq; paupere omnino, & cui ne: lene neq; stra-
 gula sint, aut ulla penitus facultas hospites molliterle-
 sto excipiendi. Apud me uero & lene sunt & stragu-
 la pulcherrima. Nunq; igitur me uiuo Vlyssis filius in
 nauis sentina dormitū ibit. Nā domi mēa pueri sunt
 relikti, qui hospites ad meas edeis diuertētes excipien-
 di curā habeant. Cui Minerua: Probē quidē o senex,
 inquit, locutus es. Tenetq; Telemachū in primis ad-
 abortari oportet: nam lōge sic melius. Is enim nunc te-
 sequitur, ut in tuis edibus cubet. Ego uero ad naues
 ibo ut socios adborter, ac singula narrē. solus enim se-
 uior inter eos existo: ceteri Telemacho coēti iux-
 tes me ob amorem sponte sequuntur. Itaq; ibi ego in
 nauis dormiā. Quum primū uero illuxerit, ad Caucos
 magnanimos tendā, ubi mihi pecunia debetur nō
 quidē noua neq; pauca. Tu autem ubi domum abieris

tuam, cum Telemacho currumq; filiumq; tuum, equos
 quoq; cursu leuisimos & robore probatos Spartam
 mitte. Minerua sic locuta, statim abiit fulice similis, Disparee
 ex quo stupor omnis inuasit: admiratus & senex, Te
 lemachumq; manutrahens sic alloquitur: O nare, non Nestor
 te iam puto ignobilem, neq; sine praesidio esse, quando Telemachus
 iuuencem dij duces comitantur. Non enim alias deo
 orum, quam Minerua tritogenia haec fermé est, quæ
 patrem optimum apud Argos ueneratur. Sed o regi-
 na praesens mihi sis, daque decus & gloriam mihi in
 primis ipsi, deinde filiis ac pudicæ uxori. Tibi nan-
 que iuuencam indomitam lata fronte, quamue nullus
 adhuc iugo subiecit, cornibus auratis, mactabo. Sic
 ait implorans. Hunc audijt Minerua. Nestor deinde
 filios & generos secum ducens, ædeis spatiofas petit:
 quò postquam peruenirunt, deinceps ordine in sedi-
 bus ac thoris constitierunt. His igitur ille craterem
 uini dulcis præbet, quod anno undecimo proma rele-
 uit, ac pleno dolio soluit. Hunc itaque offerens, mul-
 ta Mineruae uouit. Vbi uero libarunt biberuntque
 quantum iusit animus, reliqua inferior turba domū
 quisque redijt. Telemachum uero Nestor in lectos
 pulchre distinctos & affabre laboratos cubitu sub
 porticu duxit: iuxta uero Pisistratum uirorū præ-
 stantissimum, qui minor inter filios domicerat. Ipse
 uero in domus alte penetalibus dormijt, cui re-
 gina luxor lectum cibileque porrexit. Aurora uero
 c iiii ap

Itur cubili-
tum.

ODYSSEAE

apparente, Nestor è stratis surgit, ac ueniens supra
lapides quadratos sedet: hi ante altas iacebāt portas,
albi quidē ac claro uibrantes liquore, supra quos pri
us Neleus heros fortissimus sedet: postquā uero à Par
ca domitus, ad inferos descendit, Nestor sceptra te
nens, rursus consedit: circa uero filij congregati aste
bant, è thalamis prodeūtes, Echephron, Stratius, Per
seus, Arctus ac Thrasymedes: quos inter Pisistratus
sextus heros uenit. Hi igitur Telemachum ducebāt,
quibus Nestor sic ait: Filij charissimi, maturate meum
implete desiderium, ut quāprimum ante omneis de
os Mineruam placemus, que ad meum festum conuiui
um manifeste uenit. Sed & aliquis in agrum eat è ue
stigio nunciatum bubulco, ut huc bouem ducat: alter
Telemachi socios omneis uocatum ad nauem tendat,
linquatq; solos duos. Alius item Laërcem aurificem
huc uenire iubeat, ut bouis cornua inaureret. A:ij quo
que frequentes dicite intus ancillis, ut in magnificis
edibus cōiuiciū parent, sedes ligna, aquam denique
lucidam ferat. Sic ait illi iussa faciunt. Bos subito ex
agro uenit, uenientq; Telemachi socij ex nauī: uenit
demū aurifex, arma manibus fabrilia artis ministra
tenēs, incedem malleum, forfices, quibus aurum indu
xerunt. uenit & Minerua uota exaudiens. Nestor ue
ro aurum præbuit, deinde cornibus faber induxit, ut
dea simulacrum hoc uidens, gratum haberet. Bouem
cornibus ducunt Stratius & Echephron. Vas lauin
dis

dis manibus in pulchro lebete Aretus è thalamo fe-
gens, sumpfit: alia famula molas è canistro, securim ue-
go Thrasymedes acutam in manu tenens, bouem per-
cusit. Perseus aut uas ad sanguinem excipiendum ha-
bebat. Nestor uero peluim & molas administrabat,
multaq; Mineruam orabat, primitias tribuens, capi-
tis crines igni injicendo. At postquam orauit & mo-
las iecerūt, statim Thrasymedes iuxta stans, securim
impulit, uenassq; cervicis boui incidit: uiribus ille sta-
tim defecit. Nestoris autem filiae nurusq; & uxor pu-
dica Eurydice, maior natu filiarum Clymeni, ulula-
runt. Ille deinde bouem ex humo corripienes, tenuie-
re, Pisistratus continuo iugulauit, unde largus & ni-
gras effluxit sanguis. ossa demū anima destituit. Post
hec cum in partes diuidunt, operiuntq; nidore, dupli-
cata ac cruda igni imponentes. senex sub lignis torre-
bat, deinde uinum libant. Iuuenes autem circa astan-
tes, iuxta manibus tenebāt. Postquam uero cocta sunt,
& uiscera effusa, in partes diuidunt: alia quoque ue-
rubus figunt, issantq; igni, ueru in manibus tenentes.
Tunc Telemachū lauit pulchra Polycasta, ultima na-
tarum Nestoris. Postquam autem cum lauerunt, ole-
oq; unixerunt, tunicā ei ac pallium injiciunt. Surgens
postea è lauacro dijs similis, iuxta Nestorem cōsedit.
Carnium igitur superioribus assatis, accumbunt: mi-
nistri uinum in pateris fundebant. Vbi uero edendi
aque bibendi cupido compressa est, Nestor inter ali-

ODYSSEAE

Telemachus proficiens citetur ad Menelaum.

os: Nati, inquit, mei, ite, crinitos equos curribus iungite, atque hoc Telemacho adducite ut iter peragat. Illi subito obtinerent, equos è uestigio celeres curribus iungunt. Mulier proma panem uinumq; promisit, obsonia item qualibus reges uesci solent. Inde Telemachus bijuges ascendit: iuxta Pisistratus cum currum manu regens, flagello equos impulit. Illi uoluntarij citiq; uiam uolauere. Linquuntq; Pylum oppidum amoenum; equi q; totam diem iugum ferentes, agitati sunt. Iamq; soi occidit, uiae tenebris opplentur. Pheras uenerunt, Dioclis domum Ortilochi filij, quem Alpheus genuit. Hic demum nocte dormierunt. Telemachus autē hic et onera posuit. Vbi uero illuxit, equos rursus curribus iungunt, rursusq; considunt, flagello compellunt. Illi alacres ire pergunt, in campūq; ruunt frugiferum. Itinere prope absuluto, sol occidit, rursus: uias occuparunt tenebrae.

ARGUMENTVM LIBRI IIII.

¶ Telemachus apud Menelaum una cum Pisistrato divertens, refert ea quae apud Ithacam à procis gesta sunt. Menelaus uero illum de Græcorū reditu docet. De Protel uaticinio itē, per quod Agamemnonis mortem nō uit. & quemadmodū Ulysses apud Calypso existeret. Pro corum præterea consilium sit de Telemacho è medio tollendo. Minerua quoq; assimilata formam Iphthimæ sororis Penelopes, ipsam Penelopen de filij peregrinatione sollicitam in somnis docet.

ODYS

ODYSSEAE.²²

LIBER IIII.

Hi tandem pisco sam incuruāq; Lacc demona-
niam contigerunt, ac apud domū illustris
Menelai diuerterunt. Quem cōuiujum nu-
ptiarū nati ac natē multis annis celebrā-
tem offendunt. Natam Achillis filio mittebat, ut apud
Troiam simul olim conuenerant, quod dij coniugium
fecere. Hāc itaq; cum equis & curribus ad Myrmido-
num urbē, ubi ille regnabat, mittebat. Filius autem ē
Sparta Alectoris filiā duxit. Is enim Megapēthes for-
tissimus erat, ultimus ei ex serua natus, cū Helenē dij
partū nō dediſſent post Hermionen, quā ab initio sus-
cepit, forma Veneri parē. Igitur in amplis ēdibus ui-
cini & coeui Menelai lētātes epulabātur, inter quos
diuinus cātor lyrā pulsabat. Diui uero in medio ipso-
rum cantando saltabant. At Telemachus simulq; Pisi-
stratus in ēdiū ueſtibulo unā cum equis stabant: quos
ubi Eteoneus Menelai ſedulus ſcuus, proceden- uerit,
uit, statim regi nunciare properat: Quidam hic hōſpi-
tes, inquit, ē Menelae uiri duo adſunt, ē genere uti ui-
dentur, iouis maximi. Dic igitur nobis, eis ueloces ſal-
uamus equos, uel alio multamus ire quo uolent. Exci-
piens Menelaus eum uerbis increpuit: Non adhuc pu-
er fuisti bone Eteonee, uerum nunc incipis puerilia lo-
quens. nos enim huic uenimus per multa hōſpitia, mul-
tag; abſumpſimus aliena edendo. atq; utinā Iupiter la-
lubet Me.
nelaus ad-
uenas ho-
ſpicio ſuf-
cipi.

ODYSSEAE

borum finem fecerit. Sed iam equos bospitum sole, se
 ipsi ante oia cura discubat. Sic ait. ac simul ex edi-
 bus prodijt aliosq; ministros qui sequentur, vocat.
 Hi equoru spumantia colla soluerunt, deinde eos equi
 nis capistris iuxit. zeas prebit cū albo simul ordeo
 mixtas. Currus uero post muros prime domus par-
 tis locauerunt. Ipsos deniq; in domum illustram intro-
 duxerunt, qui uidentes admirabantur sumptus regi-
 os ac splendorem. Erat enim pars solis aut lune fulgo-
 ri rutilas ipsius Menelai domus. Postq; uero oculis vi-
 dendo exatiati ac letati sunt, ad nobile lauacrum ire
 pergunt laundi gratia: quos ubi famule lauerunt, ole-
 oq; unixerunt, lenis accommodis ac tunicis operunt,
 thorisq; iuxta Menelaum sedere iusserunt. Ministera
 deinde gutturnum cum aureo opistodocho supra er-
 genteum lebetem ad lauandas attulit manus, iuxtag
 mensam elegantem parauit, panem proma pudica fe-
 rens apposuit, epulas deinde plures addidit aiftenti-
 bus gratificas. Chironomon uero manu suspensa cer-
 nis omnis generis, repositoria simul & aurea pocula
 posuit. Hos itaq; ambos sic Menelaus demostras, ait:
 Sumite cibum, gaudete, uos deinde saturatos interro-
 gabimus q; homines estis. non enim ignobiles aut igna-
 ui tales producerent uiros. His dictis, bouis humeros
 pingues assatos, q; ei honoris gratia appositi fuerant,
 sumens in manibus, ante illos posuit, ipsi uero parati
 manus extenderunt. Postq; potandi & edendi cōpres-

sa libido, Telemachus Nestoris filium propè ad durē
 accedens, ne audirent alij, sic alloquitur: Contempla-
 te Pisistratū iucundissime æris fulgorem, ac ædeis
 auro, electro, argento, & ebore coruscantes: talem lo-
 uis puta intus aulam. quot immensa mirandāue uidē-
 tes retinent? Sic igitur loquentē Menelaus intellectexit:
 eosq; uocās, sic affatur: Natae charissime, cū Ioue qui
 dem nemo certauerit. Eius nang; & domus & opes
 immortales existunt. sed mihi mortalium nemo dein-
 ceps certauerit: quippe qui multa passus, multaq; per
 errans nauibus tuli, & anno demum octauo redij, Cy-
 prum, Phoeniciam, Aegyptios peragrans, ad Aethio-
 pas & Sidonios & Erembos & Libyam perueni, ubi
 agni subito cornibus uestiti existūt, oues ter in anno
 toto pariūt. Hic neq; rex, neq; pastor caseo carnēue
 aut dulci carent lacte: uerum toto abundant anno, do-
 nec ex illa regione multam cogēs abstuli gazam: fra-
 trem interim aliis mihi clam ex improviso dire uxo-
 ris insidijs interfecit. Quām igitur nō latus hæc pos-
 fideo: & hæc quidem uos à patribus, si qui extant, au-
 dire potestis, quemadmodum multa sum passus, et do-
 mum frequentem multisq; ac pulcherrimis rebus re-
 fertam perdidī: quorum utinam tertiam partem nunc
 habens habitarem, & homines salui essent qui apud
 Troiam procul ab Argis perierunt. Attamē cunctos
 ego plorans querensue, sepe in ædibus nostris consi-
 deo, quādoq; mentē querelis oblecto, quādoq; quiesco.

Bro

 Telema-
 chus Pi-
 strato.

ODYSSEAE

Brevis est enim acerbi luctus satietas. Sed quanq; oīs
desidero, nullus tamē me magis angit q; unius fatui,
qui somnū cibumq; mihi eripit recordari: quoniā nul-
lus Achaeorum ita est afflictus aut dira passus ut Ulyss.
ses. unde ipsi gloria perpetua, mihi angustia immorta-
lis est futura: illius inquā me dolor solicitat, quod diu
uideā absentē, nec sciamus uiuāt ne an interierit. Flēt
ītē illū & Laertes senex, & frugi Penelope, & Tele-
machus, quē natu parvū in domo reliquit. Sic ait. At
Telemacho patris memoria lachrymas excita uit: ita
q; ora in terrā flectens, lenā purpureā ob oculos ultra
q; manu opposuit: quod Menelaus animaduertēs, ani-
mo uoluebat, an patris illum sinceret sponte reminisci,
an uero ipse potius interrogaret, singulaq; loquere-
tur. Dū hēc animo agitaret, Helena interim ex thala-
mo odorato sublimi q; prodijt, Diana aureis ornata
sagittis similis. cui Adraste thorum pulchre laboratū
apposuit, Alcippe tapetū molli uellere tulit, Phylo ar-
gentēum calathum, quem ei donauit Alcādre Polybi
uxor, qui Thebis Aegyptijs habitabat, multasq; do-
mi opes posidebat. is Menelao duo argēta labra, du-
os tripodes, & decem auri talenta dedit. Sed & pre-
ter hēc eius uxori Helena pulcherrime dedit aurēū
colum, & rotundū argētumq; calathum, cum quē ei
Phylo attulerat, cuius labra auro distincta erant. in
hoc filum erat elaboratum. Colus item uiolaceam ba-
bēs lanam, iacabat. Sedit igitur in thoro, sub pedibus

fca

Helena
ornatus.

Helena
cū Mene-
laō de ad-

se bellum habens. deinde virū percontari singula coepit: Scimus Menelae, qui virorum hi se gloriabantur esse, qui nostram petierunt domum. mentior ne an vera loquor? dictat tamen animus: nunquam enim simili ut di forma neque virum, neque formam, tantaque; uenit state. quād mihi uidetur similis Telemacho Vlyssis filio, quem paruum ille domi reliquit, quando mea causa Achaei Troiam petierunt, bellum audacissimum gesturi. Cui Menelaus sic inquit: Et ego coniunx, uti tu existimas, puto. illius enim sic pedes, manus, oculorunt aculei, capitis uertex, denique crines erant. Quin ego nunc in memoriam illius ueniens, libenter commemoram rem quot ille circa me dolores est passus: uerum huic video lachrymas fluere, ac lenam ante oculos positā.

Sic ille. Pisistratus uero ad Menelaum uersus: Atride, Pisistratus inquit, uera dicas. illius hic filius est. Verum sapit, ani moq; indignatur, si statim iactabundus coram te ueni at, cuius nos uoce tanquam dei latamur. quin et me Ne stor pater comite ducemq; itineris ei dedit. Cupit nāq; ille te rogitar, si quid ipsum aut uerbo, aut opera uiuare posses, cum magnopere domi ob patris absentiā angatur, nec multos habeat adiutores: nec in populo facile reperiuntur qui hoc malum expellat. Ad hec Menelaus: Me miserum, inquit, quād mihi amici filius nostram petiit domum. qui mea de causa tot prelia laboresq; adiuit, et illum ante alios Argeos cupi tem. reuerteret. Nam si nos Iupiter ambos incolumes

uenit fa
bulatur.

Menelaus
dolet Vly
sem absen
tem.

cum

ODYSSEAE

cū nauibus redire permisisset, ille cū filio oībusq; bo-
nis ex Ithaca discedēs, apud Argos habitasset, urbēq;
et domos exaedificasset, unam ex his que circa sunt,
et à me dominātur, sibi diligens. Hic igitur simul exi-
stentes, cōmixti essent, quos concordes gaudentesq;
nihil unquā diremisset, prēterq; dies mortis extrema:
sed hec inuidiam ipsi deo factura erant, qui illum so-
lum miserium redditu priuauit. Sic ait. at cūtis luctus
est exortus. Flebat Helena regina, flebat Telmacbus
et Atrides. neq; Pisistratus siccis erat oculis: succur-
rebat ei Antilochi fratri mors, quem Aurora filius
Memnon illustris interfecit. Huius igitur remini, cēs,
sic ait: Atride meus pater Nestor, cū de te domi men-
tio inter nos incidit, simulq; differuimus: te prēter ce-
teros sapientem appellat, et nūc si quid reliqui est in-
dulge mihi. Non enim ego post epulas libenter lugere
soleo. uerum nunc usq; ad auroram libenter pluerim
cum, qui fortiter occubuit.

Hæc tantum in luctu misere solamina genti,
Attondere comam, lachrymasq; ex ore ciere.

Etenim meus extinctus est frater Antilochus nō quā-
dē Achaeorū pessimus, quem tu facile uidere potuisti.
ego uero minime: dicū enim cū et armis et cursu et
dextra prestitisse. Cui Menelaus: O dilecte, inqt, quā-
do tot dicas, quot uir sapiens uel maior natu diceres
aut faceret: clarus enim ualdeq; notus filius eius ē pa-
tris, cui et nascenti et uxore ducenti Iupiter opes ac

Pisistrat⁹
Antilo-
chus luget

pientiam dederit, sicuti nunc Nestori tribuit affatim
cunctis diebus ipsum quidem mollier in edibus sene
scere, filios item prudentes animo esse, ac in bello for-
tes. Verum nunc res preteritas flere desinamus: epu-
las deinceps spectemus, manibus aqua detur, inter me
ac Telemachum sermo usq; ad auroram uersabitur.
Dixit, et statim Aspalion sedulus Menelai minister dat
manibus lymphā. At illi obsonijs paratis manus extē
derunt. Helena uero cum alia nouerit, tum uino quod
potabat, pharmacum iniecit, oīs ire dolorisq; obliui-
onem induens: quod si quis in cibo sumperit, eo die
nunq; lachrymas fuderit, nō si mater ac pater ei interi-
erint, charumq; fratre aut filium corā interfectos ui-
derit. Tale igitur pharmacum Helena Iouis filia bo-
num admodum & ad mentē consilium ue faciens ha-
bebat, quod ei Polydamna uxor Thoni Aegyptia prae-
buit, cui multa huiuscmodi terra ferax assert bona,
partim mala. Medicus autē quilibet apud eos preter
alios homines sciens reperitur. nam & de genere Pe-
onio dicuntur esse. Illa igitur postq; haec præberi ius-
fit, sic est locuta: Atride Menelae, uosq; bonorum ui-
torum filij, Iupiter ipse deus interdum alijs bonum ac
malum dat. potest namq; omnia. Nēpe uos paulo antē
moesti, nunc discubite sedētes, uerbisq; simul mutuis
gaudete. Ego interim que cōgrua uidetur tantū refe-
ram, non omnia prosequar: neq; enim omnium Vlys-
sis certaminum facile recordor: sed hoc solum fecis-
tū ac

pharma-
cum Hele-
nae discur-
ties tristit-
tiam.

Heleade
Vlyssie &
Illi exci-
dio.

ODYSSEAE

ac sustinuit vir fortis in populo Troiano, ubi Achaei
multa passi estis, ipsum in qua populu diris vulneribus
affligens. Nam ueste humeros lacera indutus, scruo si-
milis, ac cuidam Derti, qui in Achaeorum nauibus nullus
erat conditionis, ignotus inter hostes discurrens,
Troianorum ciuitatem euerit. Cumque alij hallucinaren-
tur, ego illum sola noui tale existente, quanque me ob astu-
tiam uitabat. Nam et illum laui unxique oleo, deinde uesti
bus ornaui. Iursumque firmo iurciurando non illum Tro-
ianis me manifestaturam prius quam ad naues ac teto-
ria rediret. Tunc itaque mihi omnem Achaeorum mentem
consiliumque aperuit. Multum igitur hostium ferro inter-
ficiens, uenit ad Argeos magno cum fastu. Hic enim cum
Troiane foeminae uchementer ulularent, meus gaude-
bat animus, quod in spem uenisssem redeundi domum. In
commodaque præteriti memor suspirabam, quod mihi
Venus intulit, quando illuc me à patria procul abdu-
xit, charissimos à me separans, et filium et coniugem,
nullius indigentem, quod ad formam ingeniumque perti-
neat. Cui Menelaus: Recte, inquit, o coniunx hec oia di-
xisti. Multorum ego quidem et mentem et consilium
noui, sed nunquam oculis uidi meis qualis Ulysses est,
qualemque facinus gerit in equo Troiano, ubi Achaeorum
fortissimi omnes eramus, fatum Troianis ferentes.

Tu uero illuc deinde uenisti. Nam deus qui gloria
Troianis cupiebat, eum te deduxit sequente Deiphobo.
ter namque attrectans equum circumsticisti: deinde uor-

Helenam
equo iclu-
sus nomi-
narium uo-
casse.

cem assimilans uxorum omnium qui intus erant, nominatim Danaum fortissimos vocasti. Tunc ego et Demedes & Ulysses in medio considentes, te clamarem audiebamus. Itaque nos duo maxime excitati, egredi potius quam intus latere uolebamus, nisi Ulysses sic animatos omnino retinuisset. Hic igitur & reliqui omnes Achaei taciti quiescebat, Anticlus solus tibi respondere cupiebat: sed idem Ulysses manibus robustis ora compresit & tantumque compressa retinuit, donec te Pallas inde abduxit. Ad haec Telemachus: Atride, inquit, molestum sane. Non enim et si ei cor ferreum fuit, propterea que narrata sunt, durum tollunt existium. Sed agendum duc nos in lectum, ut dulci requiescentes somno gaudeamus. His dictis, Helena statim famulis sub porticu cubile parare iussit, purpureaque suprà stragulum poni, subtus uero tapeta lenastque molles sterni. Ille celeriter obtemperantes, ex aula procedunt, faculas in manibus tenentes, lectumque deinde strauerunt. Hospites deduxit praeco Telemachum & Pisistratum, qui in domus uestibulo dormierunt. At Menelaus in domus altæ penetalibus unum cum Helena coniuge cubauit. Ut primum uero illuminat, surgit e Stratis Atrides, uestes induit, humero deinde accommodat ensem, pedibus uero calceos. Inde e thalamo deo similis prodicens, Telemachoque occurrerat: Que te necessitas o Telemache ad nos. Laedam moniam adduxit? publica ne an priuata? narrat

Telemachus Menelaus.

Itur cubatur.

Querie
Menelaus.

d ij mi

ODYSSEAE

confam p
 sectionis. mihi uerum. Huic ille: Atride, inquit, ueni uestigatum.
 si quam de meo patre forte famam audiueris, mihi re-
 feras. Domus mea absumitur, percunt opera pinguis
 in agro, iniquorum hominū plena mihi domus, qui pro-
 tri matris meae sunt intolerādo fastu, continuoq; oues
 bovesq; mactant: qua propter te supplex oro, uti de il-
 lius exitu miserabili aliquid referas, sic ubi aut oculis
 uideris, aut ab aliquo acceperis de illo errante, quem
 mater infelice genuit. Nec propterea me uerere, aut
 mei miscrere, sed audacter narra quæso: si unquam pa-
 ter meus Vlysses tibi apud Troiā, ubi mala passi estis,
 aut uerbo aut opera gratum aliquid fecit, huius nūc
 reminiscere. Ad hec Menelaus clamans: O rem pudē-
 dam, inquit, ignauī hoīes in lecto uiri fortissimi dor-
 mire uolūt: quibus profecto eueniet, quemadmodum
 cerue, in leonis audacissimi cubili nuper nato factu
 velisto, ipsa per ualles & nemoru recessus pastū abiit:
 superueniens deinde leo ac nidū repetens, & matri et
 filiis exitium affert. Sic Vlysses illis fatum affret in-
 honestum. Vtinā ò Iupiter pater, Minerua & Apol-
 lo, talis ego nūc essem, qualis in Lesbo in palestræ certe
 mine Philomelidē uici. Hic grauiter cecidit, Achai ue-
 ro omnes exultauere. Talis etiā Vlysses existens cum
 procis cōgrederetur, omnes profecto breviter et pe-
 rituri essent, & amaras nuptias sectaturi. Hec autē
 que rogas non ego profecto aliter dicarem, aut decli-
 nando, aut te decipiēdo, quād ea que olim senex mari-
 nas

Menelaus
 natiga-
 tus

nus uerus mihi dixit, quorum nihil omnino te celabo.
 me nāq; huc properare cupientē, dij in Aegypto reti
n uere, quōd eis perfectas non fecerim hecatōbas. nos
nāq; & mandatorum & religionis continuo reminē
sci uolunt. Insula enim in ponto contra Aegyptum est,
 quam Pharum appellant: tantum ab ea procul, quan-
 tum nauis prospero impulsa uento uno die continget.
 Hic in parte portus adest accipiendis nauibus accō-
 modus, unde nigram ē nauibus exhaudentes aquam
 in mare iaciūt. hic me diebus uiginti dij tenuere, quōd
 uenti prospeli, qui nauium per pontum ductores exi-
 stunt, minime spirant: & profecto cuncta uiatica, ci-
 bariaq; simul cum uiribus hominum absunta essent,
 nisi dea quedam Itothea senis marini filia, me misera-
 ta respexisset. Hæc primum animo commota, mihi so-
 li percundi separatim à socijs obuiam facta est, cum il-
 li errantes circa insulam incuruis hamis expiscaren-
 tur, famis gratia uentrem consumentis. Hæc itaque
 astans me iuxta, uocansq; ait: Stultus es hospes ualde,
 coactus ne a sponte te negligis? quod in rebus duris
 uideris letari, & in insula retineri, neque finem ali-
 quem scis inuenire, uires etiam & animus sociorum
 deficiunt. Huic ego respōdi: Quecunque deorum es,
 tibi dico, quōd non sponte retineor, sed in deos forsan
 peccau: uerum dic queso(nam dij cuncta sciunt)quis,
 nam deorum meum impedit retinetq; iter, quo minus
 per mare redeam? Dixit. At illa: Ver a tibi hospes, in-
 d ij quit

Itothea
Menelaus.

ODYSSEAE

quit, narrabo. Versatur hic senex quidam marinas,
uerus, immortalis, Proteus Aegyptius, qui Neptuni
subminister totius pelagi profunda cōspicit, quem me
um esse dicunt patrem. Hunc tu si per insidias capere
posses, tibi & uiam per mare redditumq; diceret. Pra
terea si uelit, tibi domum longo duroq; itinere rede
anti, quid in ea boni malique factum offendris, facile
enarrabit. Ego uero, inquam, ipse quo se indica senis
& recessum & insidias, ne me ille prouidens aut per
noscens effugiat: durum proiecto, ut deus à mortali
Idothe. de
patre Pro
teo capie
do cōsilia.
superari poshit. At illa: Vera, inquit, referam. Quādo
sol medium cōscendit celum, tunc senex ex undis pro
dit, fluctibus opertus spiratē zephyro impulsis, ac ue
niens in cauis cōditus speluncis dormitat. Circa quē
phocæ breuibus pedibus pulchre cōgregate, et rūq;
profundi odorem spirantes, dormiunt. Huc ego te
quamprimum illuxerit ducam, deinde dormiā. Tu ex
focijs tr̄s tecum elige, fortissimos omnium qui apud
naues sunt. senis tibi horrenda cuncta narro. Phocas
ante omnia recenset, atque in partem impellit alias:
ubi uero coegerit ac widerit, ipse in medio tanquā pa
stor inter greges ouium iacet: ubi uero dormientē ui
debitis, tunc uos ui uiribus sq; freti, subterfugere co
nantē retinete. In omnia enim se conuertere tentabit
que in terra serpuit, preterea in aquā, in ignem, uos
eo magis retinete atque premite. At quādo uerbis in
terrogatur talis, qualē cum dormientem offendisti.

tunc

tunc uim ferre define: scenemq; solue atque interroga,
 quisnam deorum te premat, tuumq; per mare redditus
 impeditat. sic dicens, pōtum subiit. Ego uero statim ad
 naues ubi in arena stabant, ibam: multaq; eunti in ani-
 mo uersabantur. Vbi ad mare nauemq; perueni, epiu-
 lis parauimus: Nocte, deinde ruente, in littore dormi-
 uimus. Apparente postmodum aurora, rursus per lit-
 tus ambulabam multa deos orans. Treis mecum assum-
 psi socios, quibus maxime ad omnem casum confide-
 bam. Tunc Idothea que pontū subiit, quatuor ex pro-
 fundo phocarum pelles nuper direptas secū attulit,
 quibus dolū patri structura erat. Posito namq; in are-
 na littoris cubili, nos sigillatim illis uestiuit, ipsaq; in
 medio iacuit. Et quoniā phocarū teter est odor (quis
 iuxta ea monstra cubaret?) ipsa nobis remediuū attu-
 lit, nostrum cuilibet ambrosiā sub naribus suave olē-
 tem ponens, que illarum fætori occurseret, totum id
 virus equo animo tolerauimus. Phoca post hec con-
 gregata uenerunt, et in littore tandem dormierunt.
 Venit et senex ex alto, phocas offendit, atq; singulas
 concendit, numerum recenset, nos primum inter cœ-
 te numerando. Nec in his ullum propterea dolum pu-
 tabat. Cum ad extremum dormiret, nos tunc clamans
 tes circuimus. ille artis dolose minime oblitus, primū
 quidem leo pulchre iubatus factus est, deinde draco,
 et pardalis, et magna sus, et aqua, et arbor. Nos cir-
 ca forti eramus animo. At postq; senex horrendus do-

Tres Soros.

Idothea
doli in p-
rem.Capo Pro-
teus à Me-
nelao.

ODYSSEAE

Iore est affectus, nos interrogans, inquit: Quis Atrē
 nate deorum tibi cōsilium dedit, ut me per insidiā in
 uitum caperes? quid enim tibi opus? At ego: Nō suū
 quam, o senex probe (quid me hec tergiuersans percō
 caris?) quod in insula inuitus retineor, neq; finem in-
 uenire licet: animus quoq; intus mihi absuntur: sed
 tu queſo dic (nam dij cuncta nōrunt) quiſnā celeſtium
 uiam mihi reditūq; per mare impedit? Ille rursus, Vbi
 Ioui, inquit, alijsq; dijs ſacra feceris, ſolute q̄ primū, ut
 in patriam redcas: ad quā fatum eſt nō prius perueni-
 re, q̄ apud Aegyptum ſacras dijs facias hecatōbas. ſic
 ait. At mihi animus excidit, quod me prius in Aegy-
 ptū lōgum ſanē ac difficile iter ad nauigare iuſtit, ex-
 cepiq; iſum puncis: Hęc, inq, ita ut iubes ſient: ſed dic
 rursus, an oēs Achaei quos Nestor et ego ex Troia re-
 deuentes liquimus, incolumes peruenerūt: an alijs ſato
 interijt acerbo, ſeu in mari, uel etiam in amicoru mā-
 riibus, poſtq; bellum peregit? Ille: Quid me, inquit, Atri
 de hec rogas, cum te mēa mētem nō ſit opus ſcire aut
 noſſe? Nō enim (puto) diu ſine lachrymis eris, poſtquā
 cuncta audiueris. Multi nāq; ex hiſ intericrunt, mul-
 ti etiam relitti. Duces tantum Achaeorū duo in reditu
 perierunt. nāq; pugnae tu quoq; interfuiſti. Vnus ad
 huic in pōto retinetur. Ajax cū nauibus extintus eſt.
 Neptunus cum naufragantem petris ingentibus Gy-
 rais propinquū reddidit, ex quo ex maris profundo
 ſeruauerat. et profecto faium ad extremum, quamuis

Mi

Minerue infensus, euit asset, nisi superbè admodum et arroganter locutus fuisset. Dixit enim uel dijs in uitis se mare transiturum: quem Neptunus audiens, statim tridentem manibus horrendis corripiens, petram Gyrae impulit: ex quo illa diuisa, pars ibi remansit, pars in pōtum tetendit. In hoc igitur ille primò considens, deinde inter fluctus disiectus, uchemeter afflictus est. ad extreum ubi salsa potauit aquā, extinctus. Tuus aut frater Agamemnon fatum in nauibus effugit, Lunone scrūate: sed iamia ad Malcense promotorium appulsurum magna rapiens procella, in pōtum distraxit: in extremamq; agri partē, ubi prius Thyestes habitatbat, deduxit: tunc illam Aegisthus eius filius tenet: sed inde domū postea uentis secundis incolumem dij deduxerūt. Qui ubi patriā attigit, è specula exploator uidit, quem dolosus Aegisthus mercede duorum auri talentorum ibi locauerat. Is anno toto obscrūdo perseverauit, ne ille clām redeudo lateret, statimq; domū rediit regi nunciatum. Aegisthus itaq; cōfestim artē dolūq; excogitans, uiginti è populo fortes uiros delegit, quos in insidijs posuit: parte altera epulas parari iubuit. Deinde dira meditās animo, Agamemnoni cum curribus & equis obuiā processit: eumq; fati nesciū, in coena ueluti bouē ad prēsepe interfecit: nec ullus è socijs q; eū sequebantur, est relictus, qn de medio tolleretur. Sic ait. Cor elanguit, flebamq; super litoris arena sedens: neg; uiuere amplius aut uidere solis

Aincis O^h
lei exit^o.

Agame-
mnōis ex-
itus.

ODYSSEAE

lucē cupiebā. Vbi uero flendo ac me buc illuc nolat^o
do exaturatus sum. tunc senex ait: Ne sic lōgo tē pore
indēcēter flebis, quādo tibi agendi occasiōne aliquam
nō tollimus, itaq; celeriter ipse tēta in patriā redire.
nā aut uiuentē Aegisthū aggredieris, aut Orestes pre-
ueniens trucidabit, ex quo tu in eius sepulchrū ac fu-
nus incides. Sic ait. Mihi rursus animus ī pectorē resi-
piscēs, exultauit, eūq; sum allocutus: Hos ego iā noui,
dic queſo tertium illū, q in ponto retinetur. uiuūs ne an-
mortuus: cuperē profecto q̄uis anxius intelligere. Ille
uero: Laertis ingt, filius hic ē, apud Ithacā habitatiss;
quē apud insulā in edibus Calypsus nymphē lacbry-
mantē uidi. illic enī per uim retinetur, ut in patriā re-
dire nequeat. nā illi neq; naues, neq; remiges aut socij
q illū per mare reducāt, prēsto sunt. De te aut ut dicā,
Non Menelaē tibi concessum numine diuūm,
Argos apud uite supremam claudere lucem.
Sed te coelestes, ubi conficitur Rhadamanthus,

Campus
Elysius

Elysium in campum ducent ac ultima terre.
Hic homini facilem uictum fert optima tellus,
Non niuis aut hyemis tempestas ulla, nec imbrex.
Sed zephyri sc̄mper spirantes leniter auras
Oceanus mittens, florentia corpora reddit.
Causa, quōd es coniunx Hellenē, Louis & gener alti.

Proteus
disparē.

Sic dicens, pōtum subiit. Ego uero una cum socijs
ad naues cōtendi. cūnti uero animus uaria uoluebat.
quō ubi peruenimus, spulis accinximus. Noste inter-

ea superueniente, in littore maris dormiuimus. Cum primum uero illuxit, naues in mare traximus, malum posuimus, uela pandimus. Ipsi demum condescendentes, in transitis ordine considerunt, mare remis uerbera uere. In Aegypti deniq; flumen peruenientes, naues firmauere. sacras hecatombas fecerunt. Postquam uero deorum ira placata est, Agamemnoni tumulum consti-
tui, ut perpetue glorie monumentum esset. His gestis, inde protinus solui. uentum secundum dij dederunt, qui me celeriter in patriam deduxerunt. At tu Tele-
mache mecum hic mane in aedibus usq; in undecimā du-
odecimā ue diem. tunc domum te probe remittā, dona
boq; tribus equis sellaq; affabré facta, insuper pocu-
lo quo dijs libes, ut mei sis memor omnibus diebus. cui
Telemachus: Atrides, inquit, neque so me hic diu reti-
nere. ego uero in annum apud te libenter quiescens ma-
nerem, nec domus, nec parentum desiderio mouerer.
tantum animo gaudeo, tuum audiendo sermonem. Ve-
rum me affligunt socij apud Pylum. Tu me hic diu re-
tines. Donum quodcunque dederis, inter preciosā mi-
hi fuerit. Equos tantum Ithacam non ducam, sed tibi
ipsi bic relinquam, rem sanè pulchram. Tibi enim ma-
gis conciunt, quod campo regioniq; imperitas latissi-
me, ubi lotus & frequens cyperum, ericicumq; & zea
& ordeum. Ithaca uero nec cursus habet latos, neque
prata. magis autem est pascēdis capris accommoda,
excranda uero equorum pastoribus.

Telemachus Ne-
stori.

Insu

ODYSSEAE

Insula nulla maris fertur fœcunda caballis,
Aut etiam pratis, Ithace minus omnibus una.

Hæc ubi ille dixit, Menelaus risit, manuq; illū prædens inquit: Quid aīs nate? bono ē sanguine es, hæc Xenias. ego tibi commutabo: possum euidem. Ex omnibus aut Tele- tem que domi meæ preciosa sunt, tibi pulcherrimum macho. dabo craterem affabre laboratum, argéteum totum, labris coronideq; aureis ornatum, Vulcani opus, quē mihi Sidoniorum rex donauit, quando reuertentem me domo excepit: tibi hunc dabo. Dum sic inter se colloquerentur, cōuiue interea in regiam uenerūt, oues suæ cœtes & uinum: panē uero uxores eorum ferebāt.

Procordū de occidē vlo Tele- macho cō contaminauerant, ludentes gaudebāt: inter quos Antinous & Eurymachus, quod uirtute ceteris prestant, principes erant. Hos igitur Phronij filius Noëmon, propè accedens, interrogando alloquitur: Antinoë, scimus ne quādo Telemachus ex Pylo redeat: me am nanq; eō nauem duxit: hac igitur mihi nunc opus transfretare ad urbem Elidem. Hic enim mibi eque sunt duodenæ, muliq; sub eis indomiti, quorum aliquē adequitans libenter domuerim. Sic aīt. illi uero admirati sunt. Nō enim Pylum abiisse putabant, sed aliò in agrum, ut ouibus aut subulco adesset. Antinous uero, Dic, inquit, mihi uerum, quando abiit? qui iuuenes delecti ex Ithaca cum secuti sunt, uel qui illi ministri fa-

muliue preſto fuere, ut potuerit haec facere? Deinde dic, uere ut ſciam, per uim ne abſtulit nauem tibi, an ei ſpōte dediſti rogāti? Noēmon uero, ſpōte, inquit, ipſe dedi: quidnā alius feciſſet? durum uegare fuerat, quādo uir talis uerbiſ tā placide petat. Iuuenes enim qui in populo poſt nos uirtute preſtant, cum ſecuti ſunt: ducem ego illorum euntem noui Mentorem, ſiue deūnam deo omnia ſimilis uidebat. Sed hoc admiror, q̄ heri matutinum eum uidi. tunc enim cum nauī Pylum abierat. His dictis, ad domum paternam diſceſſit. At illis duobus admirantibus, proci reliqui ſedentes, à lu-
dis defierunt. Antinous triftis menteq; turbatus, oculis ob iram micātibus inſtar ignis, ſic ait: Proh q̄ me
gnū facinus & audax, hoc iter tentatum Telemacho,
quod non puto perficiet: cū tot hominibus inuitis pu-
er nauem prepaſans, abierit cum delectu ex populo
fortiſimorum. ſed proſecto malū ipſe ſentiet primus.
Iupiter enim illi prius uires contundet, quam nobis
incōmodum inferat. Sed agedum, date mihi celerē na-
uem & uiginti ſocios, ut illum euntem inſidijs profe-
quar: obſtruaboq; in Porthmo & angustijs Ithacæ,
et Sami. magno enim periculo patris gratia nauigat.
Sic dicentem omnes collaudauere: ſtimq; ſurgeſtes,
Ulyſſis domum petierunt. Penelope uero non diu la-
tuit confiliū, quod proci mēte uerſabāt. Medon enim
preco ſtans extra aulam, illud quod intus dixerat, au-
dicrat. itaq; ubi iſum ad ſeuientē illa uidit, ſic ait: Penelope

Pre

ODYSSEAE

Medon de procis. Preco, nū proci te nunciatū mittū famulis Vlyssis, se
iā ab opere cēsent, epulas parent? utinā neq; amplius
me petētes, neq; simul hic cōuenientes, extremam rāc
cōenam comedant, qui rem oēm Telemachi cōgregati
absumitis. Nū à patribus uestris pueri olim non audi
uistis, qualis Vlysses meus erga parētes uestros erat,
nec iniquū aliquid in populo faciens aut loquens, cum
presertim ius hoc ex mos principum sit, ut aliū odio
persequatur, alium uero diligat? at ille nunq; hominū
uel iniquo succēsuit. Vester nihilominus improbus am
mis & facta improba apparent. Heu q̄ nulla post be

Medon Penelope Telemachus neficiū gratia. Cui Medon: Siquidem, inquit, ò regi
na hoc magnum est malum, lōge nunc maius instat ac
nūciat abdurius aliud quod proci meditantur, quod nequaquam
nauigasse. perficiat Iupiter. Telemachū redditū domum ferro
conantur omnino interficere. Nam ille Pylū Lacede
moniamq; ad inuestigandū de patre abiit. Hec ubi ill
la audiuit, ei genua simul cum animo soluta sunt, vox
bæ sit, oculi lachrymis referti, ac lōgo tandem postēpo
refatur: Preco, quid aīs? filius discessit? sed quid opus
illū cōscendisse naues, qui sunt hominibus maris equis
multū ne pōti penetravit, fortè ut ne nomen ipsius in
ter homines relinquatur? At preco: Non, inquit, satis
scio, an ille ex deo, aut ex animo suo excitatus, Pylon
abierit ad inquirendum de patris seu redditu, seu fato.
His dictis, ad Vlyssis domum discessit. At Penelope au
gustia doloreq; correpta, neq; in sella, cū plurime do

Mihi est, sedere sustinuit: sed bumi supra thalami paucum
 procumbens, miseris modis querebatur: circaq; famulae omnes, quot domi erant, iuuenes as uetus
 le plorabat, quibus Penelope ucheinenter gemens, sic
 ait: Audite dilecta mihi me nancij dij erumnis ex labo
 ribus preter omneis que mecum sunt aut fuerunt edus-
 cata, exercuere: cum uirum antea amiserim bonū, ac
 omnibus uirtutibus inter Danaos ornatum, cuius glo-
 rīa latē per Greciā Argosq; mediū extenditur: nunc
 uero filium amatiſimum inglorium ex ædibus de me-
 dio tollere contendunt, quem nauem soluisse abeuntē au-
 diui. Crudeles, cum rem certo sciretis, me tamen ē le-
 cto nō excitare decreuistis. Si enim hanc illum uiā ten-
 tantem audiuissem, quāuis eudi cupidum retinuissem,
 uel me in ædibus medijs mortuam reliquisset. Nunc ali-
 quis citus Daliū meum famulum senem uocet, quē pa-
 ter hoc mibi uenienti dedit, qui hortū arboribus fre-
 quentem mibi colit, ut Laeritem cōueniens, hac et nar-
 ret, si quo ille cōſilio mēte excogitato ad populos pro-
 diens, queratur qui suam Vlyssiſq; progeniem interi-
 mere contendunt. Cui nutrix Euryclea sic respondit:
 Nympha charissima, tu me uel ferro interficias, uel di-
 mittas in ædibus licebit, non equidem te hoc celabo.
 Vidi ego hac omnia, dediq; illi quecunque iuſſit, fru-
 mentum, dulce uinum. magnoq; iurciurando iurare
 cōpulit, ut ante duodecimam diem, seu prius quam tu
 profectum iam audixeris aut desideraueris, hac tibi
Euryclea
nutrix.
 non

ODYSSEAE

non referā, ne plorādo formosum lederes corpus: sed
consulo, ut lota prius, purasq; induit uestes, in supe-
riorem thalamum cū ancillis ascendas, ac Mineruam
Iouis filiam ora, quæ illum ex morte seruabit, nec senē
Laërtem afflictum magis affligas. Non equidem pu-
to sanguinem ipsius ita deos odio persecui, ut non al-
quis superfit, qui altis succedat edibus, ac lōge pingui-
bus agris. His dictis auditis, illa flere desit: statimq;
uti monita erat, lota, puras induit uestes, in superio-
remq; thalamum cum ancillis ascendens, mola ad sa-
crificandum canistro imposita, Mineruam orauit: Au-
di me queso Tritonia Iouis filia, si unquam Vlysses me
us accepta tibi uel bouis uel ouis sacrificia obtulit,
borum nunc memor serua mihi filiū, ac procos super-
bos male perde: Sic dicens ululauit, precantem uera
dea exaudiit. At proci parte alia per eedes fremebat,
sicq; aliquis illorum dicebat, signarus corū quæ apud
eam gesta erant: Procul dubio regina nobis nūc con-
nubium paret. Non enim adbuc nouit quæ struitur in
filium cædem. Antinous uero: Miseri, inquit, minime
arrogantia uerba omnia, ne quis intus nunciet: sed te
citi insurgentes, quod semel iniuimus consilium absolv-
amus. His dictis, uiginti sibi uiros fortes assumens,
ad littus maris tendit: nauem in altum trahunt malū
trigunt, rudentes aptant, remos scalmoloris bubulis
alligant, et la pandunt, omniaq; rite atq; ordine arma
ministri eis tulcrunt: qui tandem concendētes nauē,

ibid.

Antino³
procis.

Ibidem discubuerunt, non prius quam ad uesperā soluturi. Penelope autē in thalamo superiore sine cibo, sine potu moesta iacebat, ac solicita an filius mortem effugeret, seu à procis de medio tolleretur. Ac quem admodū leo in hominū turba insidias ei parantiū circumuertitur, multa in fero pectore uersans: totidē illam in animo uersantem somnus oppresit, procubens tig; ac dormienti mēbra soluit. Minerua interea cum alia nouerit, tum idolum fecit, corporeq; Iphthime affilatur. hec Icarī filia erat, uxor Pheris, à uiro in domū Vlyssis missa, ut Penelope querentē solaretur, et à lachrymis luctuq; amoueret. In thalamum igitur ingressa per liminum sc̄req; iuncturas, supraq; caput astas ait: Dormis Penelope animo mōstissima: nō enim te dij uiuentes flere aut dolere permittent, quando tu us reditus es filius, nec odio cœlestibus aliqua de culpe est. Penelope autē que in foribus somni suave dormiebat: Quid, inquit, huc soror uenisti? diu namq; hic non uersaris, quod procul hinc habites. Iubes me forsan à luctu tristitiaq; multa quiescere, quæ meum irretiat animum, cum uirum prius omni præditum uirtute amiserim, cuius gloria per Greciā mediumq; Argos extenditur: nūc filius amatiſimus per mare abiit studiū, ut qui nec laboribus nec commercijs sit assuetus. Hic me magis quam ille solicitat, hunc uere orſatis ne quid aducet si patiatur, uel in populo conueniet uel in ponto. Iniqui enim multi existunt, qui illū circūueniro

Minerua
sub Iph-
thime p-
sona soli-
tur Pen-
elope in
somnia.

ODYSSEAE

In fidis querunt, ac prius q̄ patriā attingat, interfice
re. Cui idolum sic respōdit: Bono sis animo, timorem ib
h̄ce. talis enim illi dux famul uadit, quā uiri alijs sibi ab
esse magnopere optarent. potest nāq; Pallas, que me
nunc tibi hec nunciatur misit, ac te querentē ualde mi
scratur. Cui illa: Siquidē, inquit, dea es, & dea profe
ctio uocem audis, narra queso, an ille uir meus infelix
uiuit ne an uescitur aura etherea seu iā intericit, sitq;
apud infros. Cui idolum: Ego quidem, inquit, utrū uā
uat an intericit, non satis uere possum dicere.

Turpe quidem sermo mendax, ac uana referre.

Sic dicens, per liminis iuncturas in auras uētorium
effugit. Penelope uero è somno excitata, subito ani
mo exhilarata est. Dū aut in somnum manifeste nocte
intēpesta irruit, proci nauē cōscidentes, humidas se
cabat uias, fatū Telemacho machinātes. In medio aut
pelago inter Ithacā & Samum, quēdā nō admodū me
gna ē insula, Asteris nomine, ubi portus ad nauīn insi
dias apti duobus ingressibus existūt. Hic itaq; Achaei
in insidijs Telemachum expectabant.

ARGUMENTVM LIBRI V.

Concionem Iupiter secundam faciens, Mercurium ad
Calypso mittit, iubens Ulyssem dimittere. Hic uero tuſa
facit. Die autē decima octaua uidens hunc Neptunus, tra
etus ratem soluit atq; exortit. Ino autem ei partem frādig
tatis qua uehebatur, dat, mandans ut quām prīmū in ter
ram descendant, eam ab se abiectat. Multa deniq; passus, in
Phazcum regionem uenit.

ODYS

ODYSSEAE

LIBER V.

TITHONI interea linquens Aurora cubile,
Dijs lucem ætheream simul et mortalibus
affert.

Ordo cælicolum celsa conuenit in aula.

Quos inter primus consedit Iuppiter altus,

Cuius & immensa est, & rerum eterna potestas.

Filia mox Iouis assurgens dea multa Minerua

Dura refert miserum nymphæ retinentis Vlyssem:

Iupiter pater, uosq; alij dij sempiterni, nullus iam
implius princeps qui sceptrū gerat, morigerulus aut
officiosus, neq; placidus existat: sed mente nullum fas
iusq; cogitet aut colat, potiusq; iniqua crudeliaq; per-
petret. Heu quam nullus uestrū Vlyssis meminit, quam
mitis fuerit pater his populis quibus imperauit. Nuc
uero is in insula residet, magnas patiens ærumnas in
ædibus nymphæ Calypsus, que cum per uim retinet,
quo minus poscit in patriam redire: nam et remige et
focijs qui eū in mari comitentur, caret. Insuper amā-
tiſimum eius filium de medio tollere querunt, quare
primum ille redierit, profectus nunc Pylum ac Lace-
demoniā ad inquirendum patrem. Cui Iuppiter: Mea,
inquit, nata, quodnā tibi uerbū excidit ex ore? Non
cum banc & ipsa nosti mentem ac consilium, quē ad-
modum Vlysses illos probe plectet. Tu uero Telemi-
dum diligenter deducito (potes enim) ut ille exerci-

Mineru
cælicibus

e iij tus

ODYSSEAE

Mercurii
mittit ad
Calypso.

tus tandem in patriam redeat. Proci autem in nauis frusta profundū remigabunt. Dixit. Et Mercurium parte alia alloquitur: Mercuri, tu namque cū in alijs es natus, tum nymphæ formosæ nunciatū ibis nostrum cōfiliū ac redditum Viybis: qui non deorum aut hominū ductu, neque in legitimo nauigio, sed in rate tantum, sū qui probe trabibus cōpacta, per multos labores die uicesima Scheriā portum contingat in Pheacum terra, qui ex stirpe semidei sunt, ac illum uti deum uenerantur: ex quo in desideratam patriā nauī proba remittent. Insuper etes, aurum, vestesque, quantum opus ei dabunt: multa quidem, quāta nec unquam Vlysses ex Troia tulit (si quidem fine danno et incommmodo uenisset) prede partē sortitus. Etenim fatū est illi, omnino charos uidere domesticos, ac in domum suā patriam redire.

Sic ait. atque statim mandato obtemperat ille,
Aurea sed primum pedibus talaria neicit,
Quis mare, quis terras uento impellente pererrat.
Virgam deinde capit, qua somno lumina claudit,
Excitat et rursus, cupiat modò sorte, cubantes.
Hanc igitur manibus retinens, properabat in altam
Pieriam ascendens. ex aetheremox leuis ingens
Per pelagus laro similis uolitatique ruitque,
Qui p̄dram affectans magno sub gurgite ponti,
Alas condensat, crebroque humore madescit.
Sic ille immensos penetrabat in equore fluctus.

Descri-
prio Mer-
curij.

Ectat

Extat Macea in medio breuis insula ponto,
 Huc ubi tellurem retinens peruenit ab alto,
 Speluncam ingreditur, nymphæ feræ testa Calypsus.
 Hic illa in diris accendens edibus ignem,
 Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
 Diuinosq; modos edit modulamine uocis,
 Pectine dum telam præstantem perficit aureo.
 Speluncam uirides circundant undiq; sylue,
 Abusq; ex clethre, prestans ex odore cupressus.
 Hoc ex aues tractu uernant lateq; uagantur
 Aequoreæ, quibus ex ponti sunt humida curæ,
 Bubones, diri accipitres ex garrula cornix.
 Parte alia circum uitis protenditur ingens,
 Perpetuoq; uirens magnisq; onerata racemis.
 Quattuor ex fontes surgunt salientibus undis,
 Inter se sparsum, ac aduersa fronte propinquæ.
 Quid apio ex uiola uernantia prata uiuescunt.
 Quid si forte locum uenientem aspicerit ullus
 Vel deus, instabit mirans, animoq; triumphans.

Descrip.
 pto spec.
 Calypsus

Videns hec Mercurius, primo quidē obstupuit, et
 gauisus est, quanq; deus: deinde in latam ingressus spe
 luncam: quæ cōtrà dia Calypo aspiciens minime igno
 rauit. Non enim dij immortales inter se ignoti sunt:
 non profectò, uel si quis longè ab alijs habitaret. Ma
 gnanimum uero Vlyssem intus non offendit, quod is in
 littore mari confidens fleret, ut olim solebat, suspirijs
 quoq; ac querelis animū irritans ex lachrymans, por

ODYSSEAE

Calypso
ad Mercurio
dixit.

Mercurius
Calypso.

Calypso
indignata
in deos.

tum afficeret. At Calypso in throno coruscanti sedet, Mercurium interrogat: Quid huc ad me Mercurium aureo baculo mihi quidem uenerabilis ac charissimus uenisti? Diu quidem quod non frequentas: loquere, quod animo ueritas? Nam et perficere animus est, si tam cor ualeo, aut fas fuerit. Sed dic prius, ut tibi parcer que hospiti decent. Sic locuta, mensam apposuit ambrosia refertam, rubes nectar miscuit. At Mercurius ubi uero ciboque animum exbilarauit, tunc demum illi respondet: Interrogas me ueniētem dea deum, ego tibi uera loquar. Huc enim Iupiter me iniuitūcunire iufit: quis enim libes tantum aque false immenseque percurratis non profecto hominum ciuitas propinqua qui dij sacerdos faciant, aut hecatombas. Verum non est Iouis mētem aut aliū deum superare seu errare. Ait enim hominem apud te miserrimum omnium esse uirorum, qui Priami urbem nouē annis debellantes, decimoque post uertentes, domum redierunt. Verum in Mineruam recedendo peccauerunt, quia illis uentum aduersum uidasque concitauit: ex quo alij quidem boni socij perierunt: hunc tatum uentus et unda huc propinquā redidere, quamobrem protinus remitti iufit. Non enim ei fatum, procul à suis charis perire: sed parca cōcessit et domesticos uidere, et in patriam redire. Sic ait. At Calypso extimuit, illumque compellans sic effatur: Duri inuidique estis dij preter ceteros, qui deas admiramini manifeste cum uiris cubare, si quando ex his ma-

ritum sibi forte delegerint. Sic Orionē Aurora roseat
 sibi sumpsit: quem sic odio persecuti estis, ut Diana ce-
 sta in Ortygia suis cum uelocibus sagittis peremerit.
 Ut item Iasionem quē pulchra dilexit Ceres, cū eaqz
 in campo Tripolo cubile miscuit. Neq; diu Louis an-
 maduersio inaudita fuit, qui illū fulmine argete percus-
 sit. Ut deniq; mihi nunc inuidetis dij uirū mortalē no-
 bis coniungi, quem ego ex carina solum superstite ser-
 uauī, quam nauem ei Iupiter fulmine impellens, in me
 dio pōto abrupit. Hinc alijs socij perierunt. Hunc tan-
 tum eiectum uentus & unda maris impulit, quem ego
 amauī & nutriui. Dixiqt; me illum immortalem, ac mi-
 nime senescentem facturam. Verum quando Louis mē
 tem neq; superare, neq; offendere alijs dijs non licet,
 auleat: si illum ipse impellet, atq; in patriam deducet.
 Ego nequaquam eundem aliquo mittam, cū apud me nō
 sint neq; nauis neq; remiges, neq; socij qui cū per me
 recomitentur. Attamen prompte admonebo, neq; dis-
 simulabo quo minus doctus & exercitatus in patriā
 redeat. Ad hæc Mercurius sic ingt: Calypso, ut ait, cū
 remitte, & iram cui tabis, ut nunquam in posterum tibi
 sit infensus. His dictis, discēpit. Nympha uero ad Vlys-
 secum se contulit, postquam Louis accepit nuncium. Hūc
 itaq; in littore maris sedentem reperit, necdum à le-
 chrymis oculos siccōs habentem: dulce quoq; euū plo-
 rāti ac reditū desiderāti præteribat, qui Nymphæ nul-
 lo modo placebat: sed & noctibus in speluncis coactus

• iij apud

ODYSSEAE

apud uolentem omnino nolens communorari uigilabat.
Diebus uero in littore maris inter petras horridas
residens, querelis animū irritabat ac pontum lacry-
Calypso mās spectabat. Calypso igitur propè astas, sic ait: Mi-
ad Ulyss. ser, ne queso hic adeò doleas, neue sic et atque corri-
pas tuam. Ego uero iam te libenter dimittam. Tuta-
tum ferro ligna incidito accommoda, ratemq; amplam
facito, eam diligenter contubulato, ut te per pontum
euto ferat. Ego autem tibi frumentum, aquā, uinumq;
subrum ac dulce, que famem abs te pellant prebebo,
uestibus quoq; ornabo, ac uentum post te custodē mit-
tam, ut illesus in tuā redeas patriam: si tamen dij im-
mortales uoluerint, qui me lōge melius rem videre ac
nosse sunt apti. Sic ait. Extimuit Ulysses, eamq; cōpel-
lans sic alloquitur: Aliud quoddam profecto dea hoc
cogitas, quam auxilium in me reducendo, cum me in-
beas cum rate tantum ponti spatia metiri. Durum ar-
duumq; nempe hoc, neq; uel naues celeres uento lo-
uis secundo impulse penetrarent. Neq; ego te inuite-
ratem concendam, nisi iure iurando prius affirmare
sustineas, nullum mihi inde incōmodum strui. Ad bec-
dia Calypso risit, manuq; illum trahēs sic alloquitur:
Profecto erras, nec futura que nunc forma carent fa-
cile cognoscens, ut ex uerbo nūc tuo ostendis. igitur
testes mihi ad sint, terra, magnumq; supernē celum, et
aqua subtus stygia (quod grauiſſimum dij immortali-
bus est iusurandum) incommodum hinc tibi nullum
strui.

strui. Sed & alia quidem noui, ac dicam quaecunq; me
 cum ipsa in te cogitauerim, quādo usus uenerit tuus.
 Etenim mens mihi bona est, & animus in pectore mi-
 scicors: non autē ferreus. Sic dicens dea, statim iter
 antecepit, ille uestigia subsequitur. Veniūt igitur am-
 bo in speluncam, & is quidem in thoro unde Mer-
 curius surrexerat, cōsedit. nympha uero epulas quales
 mortales edere solent, apposuit: deinde aduersus eum Prādeū in
 & ipsa consedit. Cui famule ambrosiam nectarq; ap̄ spelunca.
 posuere. Paratis demum cibis, manus extendūt. Vbi
 uero sedata fames, Calypso sic loqui cœpit: Dic La-
 certiade, sic ne tandem in patriam charam redire uis?
 gaudet hic, si sapis. Nam si uideres animo, quot tibi ma-
 la fato parantur antequam patriam uideas, hic meū Calypso
 procul dubio manens, hanc custodires domum. Esse spōdet V-
 preterea immortalis: quanq; cōtinuo diebus omnibus lyssi imor-
 cupis uidere uxorē: non quidem illa inferior esse glo-
 rior, non corpore, non item ingenio: quoniam morta-
 les cū immortalibus nec membris nec forma bene cō-
 tendunt. Vlysses uero cōtrā: Prudētissima, inquit, dea,
 ne mihi ob hoc irascere: noui & ipse oīa. Mea nanq;
 Penelope infra speciem & magnitudinem tuam satis
 uideri potest. mortalis enim ē, tu uero immortalis ac
 minime senescens. Nihilominus & uolo & cupio cum
 etis diebus domum reuerti, & rediens diē magnoope-
 re uidere. Si quis autē deorum rursus in ponto se uie-
 rit ac irruat, tolerabo quidem, in pectore animum ge-

ODYSSEAE

L. 3. at na-
tum Vlyf-
ses.

res deerbum. cum enim mala multa & in annis &
bello sim passus, hoc item reliquum illis addetur. sic
agit. Sol interea occidens tenebras effudit. Illi in specu
cam uenientes, gaudia inter se mutua simul manentes
sumpsere. Vbi uero aurora illuxit, Vlysses quidem le-
nam ac tunicam induit. At Calypso argentea palla se
amiciuit, tenui quidem & eleganti: zona quoq; au-
rea lumbos uinxit, calyptra caput operuit. Demum
de Vlysse reducendo agit. Magnam in primis ac an-
cipitem securim in manibus ei dedit, cui capulum ole-
aginum pulcherrimum erat aptatum. Dedit insuper
leuem hastam, eumq; in extremam insulae partem du-
xit. ubi arbores procere admodum erant, cletbre al-
rusq; ac abies altissima, sicce quidē uertustate, ac ad
nauigandū omnino leuiores, loco sano ad incidēdum
mōstrato, statim Calypso domum se recepit. Ille mate-
ria incisa, opus celerrime absoluit, uiginti ex his deie-
cit, cunctasq; securi aptauit, & affabre poliuit, &
perpendiculum direxit. Cōtinuo Calypso terebro cā-
etas terebrauit, inuicem aptauit, clavis demum ferre
is cōstrinxit: quantumq; uir architectonica scias
uis latitudinem circumscribit, tantum Vlyssis ratē la-
tam cōstituit. Deinde cōtabulationem frequentibus
erabibus ac longis aptatis tabulis perfecit. Post hec
malum locumq; in quo basis firmetur: deinde temone
nauis cursum dirigentem. Ratemq; uiminibus et uir-
gulis circumminuit, ut aquae obicem obiciat, mal-
tam

nam insuper materiam addit. Postea Calypso linteum fertur
unde ille uela fecit: addit rudentes, ac pedes ei pul-
chros. Postremo uectibus eam in mari traxit. Quarta
autem die omnia perfecta. Quinta uero Calypso ab in-
sula Vlyssi uestes plicatas diligenter aquaque purgatas
misit: simulque uini nigri utrem: aliū uero aque magnū.
Cibaria item ac obsonia multa dulcia in pera. Vētum
denique secundum ac mollem.

Hinc Laertiales alacer iam carbasa pandit,
In puppique sedens, cursum regit equore in alto.
Nec dulci uigilans deflectit lumina somno,
Pleiadas aspiciens tacitus, seroque Bootem
In mare tendentem, pigraque in parte locatum
Arcturum, post hec quem currum nomine dicunt,
Quaque sequens magnum insidijs petet Oriona,
Ac solet oceani se nunquam condere lymphis.

Nauiga-
tio.

Hanc igitur ratem Calypso admonuit, ut in ponto
procedens sinistrorsus tenderet. Diebus denis septem
in mari processit. Decimoctauo autem montes Phaeacij
apparet, ubi proximum illi erat iter, atque certatim ponu-
to uti scutum incubuit. Quem Neptunus ex Aethio-
pia reuertens, procul è Solymorum montibus per ma-
re uela dantem aspexit: ex quo uchementer iratus, ca-
putque motans, haec secum: Proh facinus, me apud Ac-
thiopas existete, dij circa Vlysscm consiliū mutauere.
Nam propter terram Phaeaciam uenit, ubi Parca fu-
nam ei laborum statuit: uerum adhuc puto satis ei fu-

per

ODYSSEAE

Deser-
pto tepe-
taxis.

perit incommodi.

Sic dicens, toto nubes collegit olymbo.

Mox manibus sumpto saeum quatit ille tridente
 Pontum, unde ingentes consurrexere procelle
 Turbine uentorum, clausit quoq; nubibus omnem
 Cum pelago terram: è cælo nox labitur atra.
 Vnà curusq; notusq; ruunt, zephyrusq; per equor
 Et boreas magnos uoluunt ad littora fluctus.
 Tunc Laertiade soluuntur membra, animusq;
 Ingemit, ac questus secum sic uoluit inanes:
 Me miscrum, quisnam casus mihi surgit acerbus?
 Quām uercor mihi uera canens dea dixerit astans,
 Multa prius patienda mibi pelagiq; ruinam
 Et duros casus subituro, ad limina nostre
 Quām patriæ ueniam: infelix nunc omnia cerno.
 Qualibus heu celum contexit nubibus atris
 Iuppiter, ac pontum propè tempestate profunda
 Horrentem exciuit, uertitq; à sedibus imiss?
 Nunc certum mihi fatum. o terq; quaterq; beati,
 Quis ante Atridas, Troiae sub moenibus altis
 Contingit oppetere: o Danaū fortissime gentis
 Pelide, cur me tecum non Troës ab hastis
 Tot clausum extinxere die, quo fata subiisti?
 Tunc mea nostrorum lachrymis tumulata iacerend
 Ossa, meumq; omnes celebrassent nomen Achæi.
 Nunc me crudeli sors est occumbere fato.
 Talia iactantem surgens è gurgite fluttus

Verbera, atq; ratem magno simul impulit eſtu.

Ipſe ruit, ligno longe deiectus ab alto.

E manibus temo cecidit confractus in undis

Protinus, & flatu uentorum impulsa procella

Vela ratis malumq; simul dissecit in æquor.

Hunc ergo extremam cupientem euadere sortem,

Ac colluctantem pelago procul unda repellit

Sæua diu. nam ueste gravis, quam diu Calypso

Prebuerat, tardos lassabat nisibus artus.

Vix tandem emerit multum salis ore madenti

Eructans, quo triste caput, crinesq; fluebant.

Haud, quanquam afflictus, ratis est oblitus in alto

Amissæ dudum, petiit hanc conatus ab undis

Surgere: dein media confudit uictor in alno,

Huc illuc uentis perflantibus exagitata.

Ac ueluti boreas autumni tempore achantas

Per campum quatit, at mutuis complexibus illæ

Confertim nutant: sic ipſe per æquora flatu

Ventorum omnigenum partes agitatur in omnes.

Nuncq; noto boreas, zephyro nunc cedit & curus.

Hunc itaq; Leucothea Cadmi filia uidit, quæ prius
mortalis erat, nunc deorum marinorum honoris par-
ticeps, ac Vlysssem in alto errante miserata, halcyoniq;
qui assimilata, pelagus ingressa supra ratem constitit,
uerbisq; taliter affatur: Miser, quidnam te sic Neptu-
nus erūnis acerbe afficit, tibiq; multa propterea eue-
nūt mala? Nō enim te quāq; euertere statuēs poterit.

Vlysses ex-
cutit rate
ui tempe-
statis.

ODYSSEAE

Verum sic age (uideris nanque mihi id sapere) uo-
stes has exuens, ratem permitte uētis ferri: manibus
ipse adnata, redditum spectans in terram Phœaciā, ubi
tibi fatum est euadere. Hic postea istam tabulam sub-
pectore sternes, nec pati aliquid aut perire dubitas.
Postquam uero terram manibus attigeris, rursus li-
beratus hanc in altū pelagus tabulā iace. Sic ait dea,
tabulāq; dedit. Ipsa uero similis halcyoni rursus ma-
re subiit, undisq; operitur. Vlysses uero animū in di-
uersas partes uersabat, secūq; sic moestus ait: Me mis-
serū, ueror satis, ne deorū aliquis mihi infidias struc-
at, qui me ex rate descendere iubet: uerum nondū ob-
temperabo, quādo terram, quō mihi refugīū dicit esse,
procul à me ualde aspicio: sic itaq; agam, quod et po-
tius mihi uidetur, donec quidem ligna simul firma et
cōpacta durabunt, ibidē permanebo, labores et peri-
cula et erūnas tolerabo. At postq; ratis undis agita-
bitur, natabo, quādo nullum aderit aliud remedium.
Dū hec mente secū uoluit, Neptunus ingentē fluctu
atrumq; excitās, Vlyssem impulit: ueluti cū uentus ir-
ruēs cumulū arenarū mouet, hoc illuc dispergiuntur.
sic ille lōge ligna dispersit. At Vlysses unū ex illis cor-
reptū tanq; celes equū desultorium agitabat: ad extre-
mu adestes exuens, quas illi Calypso dederat, statim ta-
bulā pectori subiecit, ac pronus in mare cecidit. Ma-
nus igitur extendēs, natādi cupidus apparebat. Qāē
Neptunus aspiciēs, mouēs q; caput, hoc secū: Sic ergo
post

Vlysses
nausfrag.
a Leuko-
thea iu-
matui.

Neptunū
i Vlyssem
inclemen-
tia.

post multa mala tolerata, per pontū etiam errabis, do
nec uiros magnos cōuenias. Verū non spero sic impu
ne ex incōmodo resipiscēs. Sic dicens iunxit equos, in
Aegasq; cōtendit, ubi domus inclita est ei. At Miner
ua Iouis filia omniū uentorum ulas obstruxit, eosq;
quiescere ac desinere iubis: donec uelocem excitauit
boream, qui undas fregit, donec Ulysses fatū euitans,
Pheacensium littori applicuit. Hic duabus noctibus,
totidemq; diebus in atris densisq; undis errauit: prae
sentem cōtinuo mortē ei cuncta intentabant. At postq;
diem tertiu aurora aduexit, tūc uetus posuit, quiesq;
ac trāquillitas erat: at is quod à magnis lauaretur flue
stibus clare prospiciens, terra se propinquare cognos
uit. Ut cum chara patris uita filijs appareret, qui in in
sula iacet, et duros patiens labores, diuq; afflictus, ac
crudeli agitatus fato libenter, domum hunc dī misē
rantes à malo liberauere. Sic Ulyssi terram sylvasq;
aspicere gratum fuit. Festinavit itaq; natare, ut pede
bus terram contingeret. Verum quando tantum abe
rat quantum clamans auditur, sonitu usq; ex maris
 speluncis excepit. Vnda nanq; ingens ad aridam usq;
terram commurmurat, uehementerq; eructat, maris
quog; algæ circā oīa cōvoluit. Non enim portus erat,
nauīu retinacula, neq; loca elausa, sed ripa proceden
tes, speluncæq; et saxa acuta & eminentia, circaq;
unda furēs obmurmurat. Lissa petra scopulusq; cir
currit: mare itē longe profundū, ita ut nō liceat pe
di

Cōgratio;

Hic aliqd
deest, pro
inde con
sulante
græca.

ODYSSEAE.

dibus cōsistere utrisq; periculumq; euitare: ne forte
 descendente me fluctus rapax ad petram usq; proj-
 ciat, unde serus mihi postea impeditusq; receptus exi-
 stat. Si uero ulterius adnatabo, sic ubi inuenero littor-
 a portusq; à fluctib^o percussa, uereor ne rursus pro-
 cella resurgēs me grauatū & afflictum in pontum fe-
 rat. uel certe Neptunus cōte ingens ex his quae pluri-
 ma pōtus nutrit, in me irruens mittat. noui namq; No-
 ptunū mihi esse iratum. Dum hēc mēte agitat, illū un-
 da ingēs in asperum rapit littus. Hic autē usq; ad oīsa
 à mōstris marinis disceptus esset, nisi Minerua in ani-
 mum ei induxisset, ut petræ innixus utraq; manus fir-
 miter inhāereret, donec unda tumescens prēteriret.
 Verum ut hanc euitauit, ab alio rursus reuertēte im-
 petu repulsus, iterum in pontū lōge eiectus est. Ac si-
 uti polypo ex cubili exculti, multi circa capillamen-
 ta lapilli inherent: sic cum apud petras uituli marinū
 audacibus manibus lacerabant, magnaq; operuit un-
 da. Hic infelix Vlysses omnino perissit nisi Minerue
 auxilio fretus, ex unda emergēs, in continentē natu-
 set, terram spectās, sic ubi inueniret littora portusq;.
 Inter hec ex ostio Calliroës fluuij adnatanti, optimus
 ei locus obicitur, petris quadratis ac politis cinctus.
 & à uētis cōditus ac tutus. Nouit aut̄ fluentem ac ex
 animo sic eum orauit: Audi, queso, rex quicunque es,
 naufragus enim ad teuenio, Neptuni minas fugiens.
 In honore namq; ac uenerabilis esse solet dijs immor-
 tali

talibus, quicūq; miser ac supplex ad uos cōfugit, uel-
ut ego tuam nunc mentem, tua genua supplex, multa
quoq; passus oro: at tu rex miserere. supplicē enim me
tibi esse profitcor. Ad hanc orationem fluuius statim
cursum ac undam retinuit, tranquillitatē induxit, et
hāc in ostio suo seruauit. Vlysses igitur inde incurua-
tis genibus manibusq; deiectis, exiit. eius enim ingēs
animus à mari iam domitus erat, corpusq; tot um do-
lebat, ex ore naribusq; maris aqua multa fluebat: ali-
quantulumq; sine spiritu, sine uoce semianimis iacuit
magna nang; erat affectus angustia. Vbi autem respi-
rare cœpit, animusq; in pectora rediit, tunc tabulam
ab ea paulo antē suscepit ad se reiecit: quam à pōti
fluctibus reieclam ino rursus suis exceptit manibus.
Hic ex fluvio abductus in iunco recubuit, terrāq; fru-
giferam est exosculatus: secumq; sic querens locutus
est: Hei mihi, quid patior? certe durissime tecum agi-
tur. si enim noctem grauem custodiam in fluvio, uere,
or ne male stiba, simul et ros gelidus animum meum
alioqui moestitia afflictum conficiat. Nam ex flumine
aura matutina frigida spirare solet. Si autem in decli-
uem ac profundam syluam iens, supra densos iacueror
ramos, fessusq; ac frigore occupatus in somnum inci-
dero, metuo ne feris cibus ac disceptio fiam. Sic ige-
tur alternanti potior sententia uisa est ire in syluam,
quam propè aquam in aperto inuenit. Hic duos offen-
dit ramos simul natos, unum ex oleastro, alterum ex

Ad nau-
fragi Vly-
sis preces
Calliroe
fluxum si-
stit.

Vlysses ex-
ponitur
terre.

Vlysses te-
cum.

Sic boc dixi tamen
vel in libro foton
et grecis, que
nibos. Et
admirum.

ODYSSEAE.

olea, quoq; neq; uentorum uehementer spirantium tis-
euertit, neq; sol suis radijs exusit, neq; dcniq; imber
utring; pertransit, quin densi simul & contigi nasce-
rentur. Sub his igitur Vlysses cubile struit q; latissi-
mum. foliorum enim ac frondium circà tata erat effu-
sio, quāta duos seu trevis uiros hyberno tempore q;as
aspero tueretur. Igitur gaudens Vlysses in medio ia-
cuit, frōdiumq; multitudine se operuit. Veluti si quis
ticionem in agro extremo, ubi nulli sunt uicini, sub ci-
nere abscoderit, ut ignis sc̄mē scrūaret, ne cum opus-
aliunde petat: sic Vlysses se frōdibus ac uirgultis cir-
cūsepsit, cui Minerua, ut à laboribus tandem conquis-
sceret, dulcem oculis offudit soporem.

ARGUMENTVM LIBRI VI.

¶Minerua in somnis assistens Nausicaæ Alcinot filie,
suber ut uestem ad fluuium ferens lauet, propè iam ei ad
esse coniugium. Illa iussa facit, deinde cum ancillis iudat.
Videns illas Vlysses, qui iuxta cubabat, expurgescitur. ac
rogans, à Nausicaæ uestem & cibum accepit. Eam postre-
mo in ciuitatem secutus est.

ODYSSEAE

LIBER VI.

Phaeac-
ium ori-
go.

Cum hic Vlysses sonno laboreq; fessus dor-
miret, Minerua in ciuitatem ad Phaeac-
ium gētes properat: qui prius in lata Hy-
peris regiōe prope Cyclopes uiros super-
bos

bos habitauere: à quibus bello uexati erant, quòd uitibus inferiores essent. Hinc itaq; Nausithous exurgens, in Scheria terram procul ab alijs errantibus uenit, eamq; & mœnibus circundedit, & domibus ædificijsq; ornauit. Insulas preterea deorū fecit, agrosq; diuisit. Demum ubi à Parca superatus ad inferos descendedit, Alcinous succedit filius, dijs cōsilio equipandus. Huius igitur domum Minerua petiit, de reditu Vlyssis actura. Contendit in thalamū uario ornatum opere: in quo Nausicaa magni Alcinoi filia, forma quidem & ingenio par dijs, dormiebat. iuxtaq; famule formā à Gratijs mutuātes, hinc inde affistebat. Forces autē coruscātes patebant. Tunc Minerua Dymantis Nausicletō nati filiæ affimilata, quæ illi coæua & animo in cōuersando grata erat, cubile eius ingressa, sicut: Nausicaa, cur te mater sic neglectam genuit? dies tibi clari ignauè prætereuntur, tibiq; itē cōiu giū propinquum est. quamobrem te opus pulchris induere uestibus, quas etiam datura sis his qui te ducēt. Ex his igitur fama hominibus bona nascitur, pater quoque materq; gaudent. Ergo cum primum illuxerit, eamus lauatum. Nam & ego tibi adiutrix ero, sequarq; donec uelociter præparaueris, quoniam non diu uirgo eris. Iamiam uiri præcellentes tuas exoptant nuptias in populo Phæacensi, unde tibi quoq; genus. Itaq; patrem adhortare tuū, ut aurora prima mulos currūq; paret, ornamenta ferat, peplos stragulaq; fulgentia.

f ij Nam

Minerua
Nausicaa
alloquis.

Ex coniugio bona fama.

ODYSSEAE

Nam tibi sic pulchrius longe quam pedibus ire. procul enim ualde à civitate sunt lauacra.

Sic dicens Pallas, magnum conscendit olympum,

Sedes de - Perpetuam diuūm sedem, sc̄mp̄r q̄; quietam.
orūm.

Quam nec uentorum flatus, nec sœua ruentis

Imbris tempestas agitat, nix nulla pererrat:

Sed sine nube polus splendens ac æthra coruscat.

Hic dij perpetuò resident, gaudentq; beati.

Aurora deinde apparēs, pulchram excitauit Nas-
ficaam, quæ insomnium admirata, statim domum patri-
ac matri nūciatum ire pergit: introq; ingressa, matrē
ad ignem sedentem ac cum ancillis colos uersantē pur-
pureos offendit. Patrē uero egredientem cum princi-
pibus uiris, in cōciliūmq; à Phæacensibus uocatū, ob-
uiā habuit. Propius igitur astans, sic eum alloquitur:

Naufraga
Alcinoo
petri.

Mi^{hi} chare pater, nōne parabis mihi altum currū, et ne
stes sordidas ad fluuiū lauatum cā? tibi in primis con-
uenit cū principibus ad cōciliū ituro, puris amicire
corpus uestibus. Quinq; enim domi sunt tibi filij, quo-
rum duo in matrimonio sunt, tres uero iuuenes nege-
ti, qui cōtinuò uestes habere mūdas, & his in choros
ire cupiūt. hēc enim omnia mihi cure sunt. sic ait. eru-
bit enim matrimonii manifeste nominare apud pa-
trem. At ille cūcta noscēs: Mulos, inquit, o filia, et quic-
quid aliud est opus tibi dare nō moror. famulæ namq;
tibi currū excelsū oneri cōgruum parabūt. Sic ait,
statimq; ancillis mādauit. Ille obtēperauere, currū ne-

lociter instruxere mulos iunxere. At puella ex thalamo ueste sumptuosam ferens, currui imposuit. Mater uero in cista dulcia uariaque cibaria condidit, deinde obsonia, uinumque; in utre ex caprina pelle dedit, et in auro lecytho molle oleum, ut et ipsa una cum ancillis lauaret atque ungeretur. Nausicaa demum currum ascendens, flagellum manu loraque cepit, ac mulos impulit strepentes. Illi uero iter longe uelociterque arripuerunt, uestimentaque ac dominam unam cum ancillis ferentes, usque ad flumen peruenierunt, ubi lauacra anno toto durantia, et aqua multa simul fluebat, sordibus abluendis apta. hic demum ex ministris aliæ mulos esse curru soluentes, in ripam impulerunt, ubi suave pascerentur gramen. Aliæ uero manibus uestes exceperunt, in nigrantemque tulerunt aquam: ac in bothris uelociter stipauerunt, certamē quo dampno preferentes. Posteaque uero eas lauerunt, ac a sordibus purgauerunt, per maris littus extederunt, ubi maxime pelagus petras in terram usque abluit. Ipsa uero Nausicaa ac famule postquam lota et oleo perunctae sunt, apud fluminis ripam coenauerunt. Interea uestes ablutas solis radijs siccadas prestolabatur. Nausicaa canere coepit, qualis Diana per motes ingreditur Tanygetum uel Erymatum, lata aprorum ceruorumque ueneratione, cum qua et nymphæ Iouis filie agrestes ludunt, gaudet animo mater Latona. Ipsa uero capite fronteque cunctas supereminentes, facile noscitur, cum sint oculi pulchrae. sic inter ancillas uirgo incorrupta pollebat.

Nausicaa
& ministri
simil la-
uantes.

Copiale
Dianae
Nausicae

ODYSSEAE

Verum quādō tēpus redeundi domum, mulos iunxit
uestes diligēter plicauit. Hic Minerva cū alia novit,
tum quōd Vlysses est excitatus à somno ac puellam uis-
derit. Pilā enim illa in famulā impulit, que ipsam min-
imē attingēs in undā profundā cecidit: quāobrem ille
oēs clamauere. At Vlysses expperctus assedit, secūq;
in pectore hēc uersabat: Hei mihi, in quorū rursus bo-
minum terram uenio, an sane contumeliosi agrestesq;
et inuisi sunt, aut certe hospitales et deorum culto-
res? Nā magnopere uox foeminea nympharum ad me
uenit, que montium habitant cacumina, et fluminū
fontes, et saltus diuersos: uel ego quocūq; modo siam
prope homines loquentes, ego uero tentabo et uide-
bo. Sic dicens, simulq; ex arbore truncum manu toro-
sa diripuit: ex quo sylva condensa coactis frondibus
pudenda corporis uelauit: statimq; exiit leonis more,
qui in mōte nutritus uiribus fides, minitans spirāsq;
ac oculis ardentibus ingreditur in boues aut oves in-
uasurus, fame suadente, in domum frequentem irruit,
et in pecudes grassatur. Sic Vlysses puellis formosis,
quanq; nudus, instantē necessitate, congreedi decrevit.

Terrētur
puellæ ut
so nudo
Vlysse.
Igitur horredus illis ilico apparuit, marisq; fluctibus
sordidus. At ille hac illuc per littora currit auere: so-
la uero Alcinoi filia remāsit, uires et audaciā de Mi-
nerua sumens, metum oēm ab se abiicit: itaq; aduersa
eōstitit. At ille dubius an genua supplex puellæ ample-
stretur, an placidis cā herbis procul absistendo ora-
ret,

ret, ut ciuitatem ostenderet, ac uestes ei preberet. Sic
 igitur alternanti potior sententia, eam procul absisten-
 do rogare, ne forte genua amplectedo irā puelle pro-
 vocaret. Itaq; eā doloſo & astuto aggreditur sermo-
 ne: Oro te, quæcunq; es ſeu dea ſive mortalis. Si enim
 dearum una quæ cælum tenent, ego te Diana Louis fi-
 lie & forma & magnitudine et indole propè ſimilem
 existimo. Si uero ex hominibus es qui terras habitat,
 parentes tui ter beati, ter item beati fratres, quorum
 animus continuo tui gratia gaudet, tale germe[n] tem-
 pore ſuccedente confſcientes. Sed & ille preter očis
 beatus, qui te coniugem in ſuam duxerit domum. Nō
 enim adhuc mortalem, non uirum, non foeminam meis
 oculis uidi, tamē pre ſe ferētem uenerationem. Si qui-
 dem ego apud Deum nuper iuxta Apollinis aram pal-
 mæ ramū uidi, uenī enim illuc, multusq; populus erat
 in uia, quæ mihi multas curas datura erat. hūc igitur
 aſpiciēs, obſtupui, diuq; ſum admiratus, quod tale ger-
 men nunquam ē terra exierit. Sic te mulier miror, stu-
 peo, uereorq; tua attingere genua. Me nanq; immensu[m]
 ſus tenet luctus. Heftero ſiquidē die uice ſum lux fu-
 it, qua profugus in mari erro. Etenim ex insula Ogy-
 gia me pelagi tēpeſtas procella[q; per undas diſperſit,
 donec me deus huc perduxit, ubi & alia forſan ſuſti-
 neā mala. Nō proſecto existimo deſiſſe, uerum adhuc
 dij plura cōtinuo mihi dant. Quare o regina misere-
 re obſcoro, ego nāq; poſt tot mala in te primū in hāc

Vlyſſes
Nauſicaa
ſupplex
alloquit,

ODYSSEAE

regionem ueniens incidi: nec enim alium hominū uādi ex his qui terram banc habitent. Vrbem ostenda uestis aliquid lacere qua tegar, si forte buc ueniens, aliquid huiusmodi attulisti.

Dij tibi dent, quicquid uirgo pro talibus optas.
Coniugiumq; domumq; bonam, pacemq; uicissim.
Non est in rebus melius seu dulcius usquam,
Quām thalami pariter concordia sancta pudici.
Discordes animos incommoda multa sequuntur:
At placidis ingens succedit gratia semper.

Nausicaa
respōder Ad hēc Nausicaa: Hospes, inquit, quando mībi nec ignauo, néue stulto similis uideris, Iupiter ipse opes bonis ac malis distribuit, ut ei placuit: tibi quoq; hec & ille dedit, tuum officiū a quo animo tolerare. Nunc quando nostram domum petiſſti, nō ueste carebis, neq; aliquo ex his que fas est supplicem miserum rogare. Vrbem tibi ostendam, dicamq; populū nomina. Phaeacenses hanc incolunt terram. Ego uero Alcinoi filius sum, qui uirtute ac potentia bis dominatur. Dixit, ac protinus ad ancillas cōuersa: Sistite, ait minister: quō fugitis uidentes hominem? An aliquem immanem putatis esse uirorum? Non est enim uir hic nouus, qui in terrā Phaeacensium inimicitiam ferat. Nā puto nos alijs esse charos, separati ac ultimi in ponto habitantes: neq; nobiscum aliquis facile commiscetur. Verum hic forte miser et errabundus ad nos nunc peruenit, cum suscipere oportet.

Ab

Ab Ioue nam supplex pauper procedit ex hospes.
 Res breuis, at chara est, magni quoq; muneris instar.
 Quapropter famule hospiti huic cibū potumq; pre-
 bete, deinde in flumine lauate, ubi sit locus à uentis tu-
 tus. Ille uero statim surgentes, se se inuicem adhorta-
 te ad obtemperandum, Vlyssem in primis in locum mi-
 nime uentis obnoxium duxerunt: pharumq; ex tuni-
 can iuxta posuere, eiq; oleū in lecytho dedere, ac ut
 in flumine lauaret iussere, quibus sic ille ait: Minstre
 absistite procul oro, donec à marinis fluctibus me ab-
 lucro, unxeroq; oleo, quod meum corpus diu nō atti-
 git. Corām ego nūquam lauarē. pudet enim inter pul-
 chras interuenire puellas: Sic ait. At ille absistētes ab
 īere Nausicae nunciatum. Vlysses uero postq; in flumi-
 ne corpus marinis undis sordidū lauit, quibus humer-
 os dorsumq; foedatus erat, à capite itē eosdē abstes-
 sit. Vbi probe lotus est ex oleo unctus, uestes induit,
 quas ei uirgo prebuit. Ille post hęc maior pulchriōr
 q; Minerue dono apparuit: corporis quoq; comas hy-
 acinthino flori similis, ueluti si quis aurū argēto inne-
 stat uir peritus, ex à Vulcano Palladeq; cūtis artib;
 instructus, unde egregia faciat opera. Sic capiti hu-
 merisq; illius addita gratia. Mox tali fulgēs decore,
 per littus separatim ingreditur, quē euntem uirgo ad
 mirata, ex ad puellas cōuersa, inquit: Audite famule
 que dixero: Nō enim deorū iniussu uir hic Pheacensi
 bus sc̄e immis̄cuit. Prius enim mihi turpisimus est ui-

ODYSSEAE

Sus nunc uero dijs est similis. Vtinam talis nabi co*m*it
uocatus effet, siq; hic habitare placeret. Verum nunc
quod restat famule, potū cibumq; huic presto par-
te. Ille uero dicto audientes, protinus ante ipsum esca
lēta poculētāq; posuere. At Vlysses, quod diu bis caru-
erat, uoraciter edit atq; bilit. Nausicaa interim alia
cogitans, uestes plicauit, supra currū imposuit, mulos
lunxit, deinde concendit. Postremo Vlyssēm excitan-
do ait: Ecce nunc hospes urbē petimus, ut te in patris
mei domū ducā. Hic puto oīm Phaeacensium optimos
se secutu-
ro Vlyssi
patris do-
mum de-
scribit.

uidebis. Hic igitur uti facias mihi uidetur, ne per ins-
prudentiam aberres longius, donec per agros & bo-
minum opera imus, cū puellis post currū & mulos cō-
festim ibis, ego uia monstrans preibo. De urbe uero
quā ascēdimus, sic habe: Turris circum alta portusq;
utranq; ciuitatis partem amplectitur, cuius angustus
& tenuis est ingressus. Naves autem uiam tuentur: in
cunctis uero māsio temporaris est cuilibet. Hic & for-
rum circa Neptuni templū pulcherrimū existit, qua-
dratis politisq; extructū lapidibus. Hic nauū arms,
malos, uelaq; curant, & remos acciunt. Phaeacensibus
enim nulla arcus pharetrēq; cura, sed mali remi q; na-
uū, ac naues ipse quibus illi gaudētes plurimū maris
emciuntur. Horū igitur ego sermonē iudiciūq; uito,
ne quis post terga obtrectet. Sunt enim in hoc populo
magnopere supbi. Dicetq; propter eā fortasse quispi-
am malignus obijcens: Quisna hic est qui à Nausicā
du

*Esculenta
porculenta*

*Verbis de-
scriptio.*

ducitur, pulcher sane magnusq; hospes! ubinā cum reperit? forte ipse cōiux erit, quē errantem nauī ipsa in suā duxit domū, ex uiris procul uenientibus, q; prope nos nulli sint. Si qs deus ei optanti propitius ē cēlo uenerit, habebit profecto illū perpetuo. Meliorē siquidem ipsa uestigans alibi uirū inuenit: sed Phaeacenses proculdubio ignominia notauit, quod ex his multi et optimi, ut aiunt, eius matrimoniu cupiunt. Quā mobrem mihi hospes hēc dicta sustinēti, probro daretur: et profecto talia gerēti egomet ira scerer, que patris matrisue iniussu ante nuptias manifestas alienis misceretur uiris. Itaq; hospes tu meis auscultabis uerbis, ut patris mei auxilio dictuq; celeriter in tua redeas patriā. Ingrediamur in Mineruē splendidū nemus populis frequēs prope uiam, ubi fons aquæ fluit, circaq; pratū. Hic et patris mei templum, et frondens aloē abunde quantum uox clamantis extēditur remota. Hic igitur sedēs tempus prestolare, donec nos urbem domūq; petamus: quam primū uero sperabis me peruenisse, tunc tu in ciuitatē uenies, ac de patris mei Alcinoi domo interrogabis. Facile namq; tibi nosse fūerit. qlibet enim uel puer docere poterit: necq; similes in toto populo etes magnitudine existūt. Postq; uero te domus et aula exceperit, ad matrē ibimus meā, quae apud ignē sedēs, colūnā inixa lanā ex colo purpureo torquet mirabilemuisu. Famulæ uero retro et ipse cōfidūt. Hic quoq; patris mei throno, et ipse propinquus ign;

ODYSSEAE

igni, ubi molliter & continuo residet ac bibit. Verum hunc prateribis, & tantum matris ad genua procum bens, manus exosculaberis, ut quandoque in patriam redeas celeriter gaudensq; quanquam longe abes. Si enim eam propitiam habueris, spes est tibi ex amicis reuiscere, et domum patriamq; terram aspicere. Sic dicit Nausicaa, mulos flagello cecidit: q; cōfestim amnis fluenta reliquerunt properantes, pedibusq; sonitum excitantes. Illa uero currum regit, lora tenens: ita ratione iumenta scutica impellens, ut famule Vlyssesq; pedibus subsequi ualeat. Sol interea occidit, illi in nemus sacrum Minerue iuerunt. Hic Vlysses cōsedit, ac subito Mineruam & libus orat: Audi me, queso, Iouis filia nunc primum, quādo me antea nunquam audisti naufragum ac deiectum, quo tempore me Neptunus affixit. Da mihi ut ad Phaeacensium populos peruenia, ac demum misercere. Sic ait oras. Hunc audit Pallas. Ipsi autem nondum prius coram adfuit aut prestos fuūt, quod patrum Neptunum uiceretur, qui magnopere Vlyssi aduersabatur, ac animo contendebat, quo minus ille in patriam rediret.

ARGUMENTVM LIBRI VII.

Nausicaa in ciuitatem uenit, ac paulo post Vlysses, qui & Areten Alcinor uxorem orat, ab ipsaq; post cenā interrogatus unde uestem haberet (nam eam Arete nocte sat) omnia quæ in mari ab Ogygia usq; in terram Phaeaciam euenerunt, ipsi enarrat.

ODYS

ODYSSEAE⁴⁷

LIBER VII.

DV M sic Vlysses oraret, Nausicaa domū paternā curru aduecta peruenit, inq; domus uestibulo cōstituit. Fratres conseruim dijs & equiparādi, circunstetere mulorum colla soluētes: uestem deinde intrò tulere. Ipsa uero in suum thalamum se recepit. Ignē anus Eurymedusa ac cendit, quæ cubiculo praeerat, ac ex cōtinenti olim naūibus Alcinoo pro munere aduecta erat, quod omnibus imperaret Phæacēibus, ac uti deus à populo audiatur. Hæc item Nausicaā nutriūt, tunc uero ignem accendit, ac intrò cœnā tulit. Tunc deniq; Vlysses ad urbem ire cōtendit. quem Minerua salutaria commodaq; illi cogitās, multa nebula circunfudit, ne q̄s Phæacensium obuius uerbis cum proscinderet, aut quisnā esset, interrogaret. Itaq; ipse iamiā uestibulum domus ingressurus, Mineruam parthenicā Neenidi assimilat, in manu calathum retinentem, obuiā habuit, eāq; rogauit: O nata, num me ad domū Alcinoi qui his dominatur populis, nō duces? nam & ego miser hospes huic uenio lōge ex Apia terra, quā obrem nullum horū noui hominum qui hāc incolunt terrā. Cui illa: Tibi, dīt, pater domum, quam me iubes, mōstrabo, quoniam sacerdos patri meo habitat. Sed ito' quietē, tibi ego uia precedens ostendam: actu nullum hominum prior sa Vlysses & Minerua lutabis, neu quenquā percontaberis. Non enim hospī in zedes

Euryme-
dusa nu-
trix.

ODYSSEAE

Alctnoi p̄tes ualde libenter excipiūt, aut amplectūtūr si q̄d clūs
ducitur se de uenerit. Nauibus tantū uelocibus fidentes, magna
prus à ne-
bula. maris sp̄atia penetrāt: eisq; Iupiter ut naues celeres,
sic etiam uolatile subitūq; ingenium dedit. Sic dicens
Minerua, preit confestim ille dea uestigia subsegtur.
Venientē sanè Phæacenses minime nouere, utpote nw
be Palladis circūfusum. Vlysses uero portus ac naues
phæaces
ingenti-
os. primum aspiciens admirabatur. Ipsorumq; heroū fo-
ra, & longa altaq; mœnia palis ligneis extructa, mira
bile uisu. Verum ubi ad regiā peruenere illi Minerua
inquit: Hec hospes domus, quam me rogasti ut mōstra
rem. Reges in epulis offendes. Tu uero ne animo ex-
pauesce. Vir sane fidens animi melior in cunctis actio-
nibus, si maxime peregre aliunde ueniat. Herā in pri-
mis in eadi bus inuenies nomine Arcten, ex parētibas
Arete u-
xor Alci-
noi. his qui Alcinoū genuerunt. Primum namq; Neptunus
Nausithoum ex Peribata forma præstantissima, ulti-
ma filiarum Eurymedontis, qui gigantibus superbis
imperauit, quos & interfecit: postremo et ipse periret.
Cū hac igitur Neptunus concubens Nausithoū ge-
nuit, qui Phæacensibus imperauit, ac Rhæenorē &
Alcinoum suscepit liberos. Primum adhuc imberbem
Apollo in eadi bus sagitta interfecit, q; cū uxorē duxis-
set, unā tantū filiā Arete religit, quā coniugē sibi Alci-
nous habuit: queue ab eo preter ceteras cū uiris for-
litas habitare in honore habita, filijs item & populis
magnopere uenerabilis, & ut dea ferē suscepta, quā-
do

de per urbem incedit. Neq; mente caret bona aut ingenio. nā sua prudētia, quos diligit, litibus soluit. Igī si hec tibi quoq; propitia fuerit et amica, spes tibi et charos tuos reuise, & in patriam redire. Sic dices Minerua, in pontum abiit, Scheriam relinquens, Matheronaq; & latus petiit Athenas Erechthei regis domum. At Ulysses ad domū Alcinoi se cōculit: animoq; aliquantulū suspensus & admirās, anteq; creūm pui mentū ingredere tur, stetit. Nam uti solis aut lunae iubar, domus erat Alcinoi: crei parietes hinc inde à solo usq; in penetralia splendebant. Porte quoq; dures, domum intus cludebant: Argentea quoq; limina in creo stabant solo: postes item argentei cum aurea coronide. Vtrinque uero canes aurei argēteiq; erant, quos Vulcanus arte propria fecit domus custodiēdā gratia, immortales eos ac minime unq; senescētes existimās. Thori quoq; circa murū aurei hīc inde ab solo usque in penetralia fulgebāt: ubi pepli tenues affabre laborati opera mulierum erant. Hic itaq; Phæacensium principes sedebant potantes & edentes. Nā que ad annum suppeditarent uictum, satis habebant. Aurei deinde pueri in aris pulchre factis stabant, ardentes in manibus tenentes faculas, noctes in edibus cōiuisi mōstrātes. Quinquaginta intus famulæ erāt, quarum quēdā triticum molebāt, nonnullæ telā texebāt, ac colos uertebāt sedētes, adeoq; frequētes ut alni folia: olcū preterea liquidū ex opere linteorū tenui flui

Alcinoi
regia des
scribitur.

ODYSSEAE

fluebat. ut enim Phœacenscs preter ceteros mortales
naualis artis periti, sic foemine telas texendi. eis nas-
Hort' Al- que Minerua ad artes operum egregiorum ingenii
cnoimē- um dedit. Extra uero aulam prope portas locus ar-
morabilis boribus consitus, et quadriuus, ualde amoenus, cir-
caq; moenia septus conspiciebatur. Hic arbores erat
frondentes, piri, mala punica, maliq; pulchros feren-
tes fructus, ficus dulcentes, oleæ florentes: quarū neq;
fructus perit per hyemem, neq; per aestatem desinit,
sed perpetuò spirans zephyrus alia nascētia excitat,
alia digerit. Nam fructus super fructu senescit, ma-
lū super malo, uua super uua, ficus super ficu. Hic et
ualde fructuosa uinea radicatur, cuius uuas alias in
loco lato, ardorib' q; exposito cōtinuò sol exiccat, ali-
as uindemiant, aliæ acerbæ adhuc sunt florē mittētes.
Nonnullæ iugiter maturescunt. Præterea uirides et ou-
gene iuxta ultimos palmites in altum de lucte sutes
germinant, annum totum luxuriantes. Deinde fontes
duo, unus per omnem hortum spargitur, alter sub au-
le pauimētum ad altam penetrat domum, unde cives
aquam sumunt. Talia igitur in Alcinoi edibus decori
erant dona. Vlysses itaq; hæc stans admirabatur, an
motādem exatiato, illico domus inferiora ingressus,
inuenit Phœacensiū principes pateris libantes Mer-
curio: cui ultimo libabant, ut cubilis somnūq; reminē-
scēti. Eunti autem per domum Minerua multam ne-
bulam circunfudit, ut ad Areten et Alcinoum igno-
tus

plus iret. Ante Areten uero ad genua procumbens manus extulit, statimq; ex eo nebula discussa. Illi autem hominē uidētes, mœstitia affecti simul & admirati sunt. Vlysses autem sic orauit: Arete filia diui Rhexenoris, tuum uirū tuaq; genua simulq; coniuas supplex multaq; passus peto. Vobis dīj dent opes, uitamq; longā: postq; uitam, filijs omnia tradere, possessiones honoremq; quæcūq; populus tribuit. Da quæso itineris auxilium, ut in patriam redeam: quod diu à meis charis procul errans, labores & incommoda patior. Sic dicens, sedit humi apud ignem inter cineres. Alij quidē omnes aliquandiu siluerunt. Echeneus tādem, qui natu maior inter Phœacenses erat, & eloquentia pollebat, antiquaq; & omnia probe tenebat, sic loqui cœpit: Alcinoë, non enim hoc te decet, ut hospitem humi ac inter cineres apud ignem considere finas. Hi enim tuum expectantes uerbum, attenuantur. Sed agedum hospitem in throno argenteo colloca. præconibus itē iube uinum fundere, ut Ioui fulminatori libemus, qui supplicibus & urecundis fauet. prādium proma hospiti paret ex his que domi sunt. hec ubi Alcinous audiuit, statim Vlysscm manu prendens, ex humo ut erat, ante focum, excitans, in fulgēti throno locauit, filiūq;. Laodamanta, quem maxime diligebat, iuxta assidere iubis. Dāt manibus famuli lymphas, gutturnium cum aureo opistodocho super argēteo lebete fundētes: iustaq; mensam delicatā parant. Panem proma pudicas

Arete
Vlysses
supplex
orat.

Vlysses
clemēter
ab Alci-
noo excl-
pirur.

ODYSSEAE

ferens apposuit, cibos insuper addidit plurimos, colluuis gratificando. Vbi uero Vlysses bibit & edit, Alcinous ad preconē ait: Pontonoe, funde merum, craterīq; uini omnibus prebe, ut ioui fulminatori, qui supplicibus & uerecundis praest, libemus. Pōtonous uero statim obtemperat, ac à pateris incipiēs, uinum omnibus distribuit. Postq; quantū uoluere biberūt, Alcinous sic cœpit: Audite Phœacenses principes & dæces, quæ iubet animus dicā. Nūc quādo edistis, domum abite: cū uero primū illuxerit, seniores plures huc uocabitis, ut hospitē hunc in edibus locemus, postea dijs sacra instituamus. Deinde de hospite reducendo agamus, quonam modo hic uestro auxilio absq; labore in patriā suā incolunis gaudēsq; (quāq; longe abest) reuertatur, ne quid malii aut detrimenti priusq; illam attingat, patiatur. ibi tandem ea sustinebit, quæ illi Parcae graues neverint, quādo mortalis eum genuit mater. Si autem aliquis forte deorū immortaliū huc è cælo uenit, aliud quiddā ex hoc sibi uolunt dij. Iamduđū enim nobis manifesti coram apparēt, postq; facimus sacras hecatombas, nobiscumq; epulantur iuxta sedentes. Si autem aliquis solus existens uiator occurrerit, non se abscondunt, quoniam illis propinquū sumus, ut Cyclopes & ex gigantum genere. Vlysses uero ad hec: Alcinoe, inquit, aliud tibi in mentem ueniat. Nō ego dijs sum similis, nec corpore, nec ingenio: sed hominibus, quies nos maxime laboribus pressos uideritis, his nos
effe

Aldinous
Phœacen-
tib' de ho-
spite.

esse pares profitemur. Sed et ego plura que deorum uoluntate sum passus, tibi refertem: uerum me quanqu afflictum finite prius coenare.

Ventre nihil peius, qui in magno sepe dolore Cogit quenqu; sui rationem prorsus habere. En ego sum quanquam moestus, si uina dapesque Apponi iubeas, discedent mente labores.

*Vos uero curate, ut quod primum illuxerit, me anxi-
um in patriam reducatis. Non mihi quauis laboribus exercito, si tantum mea bona, famulos, domum reui-
sero, mori liceat statim, atque ab æuo deseri. Sic ait. At illi omnes hospitem, quando probe locutus est, collau-
dauerent: simulque reduci suaserunt. Postquam uero libe-
uerunt, ac quantum iufit animus potauere, aliquod quidam dormitum abierte, Vlysses uero in edibus relictus: iu-
xta quem Arete et Alcinous accubuerent. Ministri autem
mense instrumenta uasaque apposuerent. Inter hec Arete
uestem tunicamque afficiens, quam ipsa cum ancillis te-
xuerat, probe nouit: quãobrem illie sic alloquitur: Ho-
spes, hoc ego te primum rogo, cuias es? quis tibi has de-
dit uestes? quomodo hic per multos ponti errores ue-
nisti? Cui Vlysses: Difficile, inquit, regina ac admo-
dum prolixum meos narrare labores, quos affatim mi-
hi dij dederunt. Dicam tamen quod me interrogas:
Ogygia insula lõge in mari sita est, ubi Calypso dolo-
se Atlantis filia habitat, pulchra sane grauisque dea,
nec ullus cu ea sine hominum, sine deorum, in amore com-*

*Vlysses in
terrogat
Arete su-
os labo-
res expo-
nit.*

ODYSSEAE

miseretur: sed me solum deus infelicem eō deduxit, eo
illi domesticum fecit: quoniam mihi nauem fulmine et
gete Iupiter in medio ponte fregit. Cumq; socij cete-
ri perirent, ego nauis fracte inferiora ulnis ample-
stens, nouem diebus per mare uetus sum. Decima re-
tro nocte obscura ad Ogygiam insulam dij propinquā
reddidere. Hic Calypso habitat grauis dea, que me
excipiens accurate & amavit & nutrit. Insuper me
immortalem ac minime senescentem perpetuo se redi-
diturā dixit. Verū me in pectore menti minime per-
suasit. Hic itaq; diebus denis septenis continuo man-
si, quo tempore uestes lachrymis perfudi, quas mibi Ca-
lypso prebuit. Sed quādo octauus mihi rediit annus,
tunc iussu Iouis nuncij ipsius animum uertēs, ultro me
ad discessum est hortata: quamobrem me in rate dimi-
sit. multum tribuēs frugis, dulce merum, uestes egre-
gias, insuper uētum propperum commodumq; ac sua-
uem immisit. Denis septenis diebus nauigavi. Decima
octaua mōtes obscuri apparuere uestre terrae, ex quo
afflito mihi animus aliquantulum exhilaratus: super
erat tamē calamitatis multum, quam mihi Neptunus
inflicturus erat, qui uentos impulit, uiāq; impedijt cri-
puitq; immensum mare commouit, neq; per undā illā
permisit ferre ratem grauiter gementem, hanc prot-
sus procella distraxit. Ego uero natans mare secari,
donec ad uestram terrā unda uētusq; ferret. Huc me
appulsum unda rursus in petras magnas, locūq; iniui-

cundū prope terram distra xit. Iterū ergo in insulam adnatā ui, donec in fluvium ueni, hic locū sum ingressus optimum à petris liberum asperis, tuncumq; à uentis. In hūc me alacri animo conieci. Nox deinde ruit: ego separatim à flumine egressus, inter frutices ac ramos iacui: circaq; me frondibus stipuai: somnum deus ingentem fudit. Hic itaq; inter frondes nocte usq; in auroram, usq; item in meridiē dormiui: sole deinde inclinante, somnus me deseruit dulcis. Ilico in littore tue filiæ famulas ludentes uidi, inter quas ipsa dearū forma æquiparāda aderat. Hanc ego oraui, at illa mē te bona ingenioq; prædicta minime errauit. Nam si in iuniorē fortasse incidens quicq; rogaueris, nihil omni no ages, cū semper iuuenes minime sapiant. Mihi itaq; illa et panem et uinum dedit quantum opus, in flumine quoque me lauit ac oleo unxit. Hæc tibi demū uera narravi. Cui Alcinous: Hospes, ait, hoc profecto non rite mea nata fecit, quod te cum ancillis domine nostram non duxit, tu eam certe primam rogasti. Ne, inquit Vlysses, puellā propterea redarguas. me nanq; cum ancillis subsequi iubis: neque ego uolui, merēs ac dubitans, ne quid cum ipse uideris, aliqui d animo suspicareris. Zeleotypum enim et malorum suspicās est hominum genus in terris. Ad hæc Alcinous: Non mihi, inquit, talis in pectore animus, ut subito irascatur: cum ea que decent, cuncta existimo meliora. Atq; utnam Iupiter pater Mineruaq; et Apollo talis existas

ODYSSEAE

qualis es, idemque sentias atque ego meam haberes filiam,
meusque uocareris gener hic apud me manes, domum
ego ac possessiones dare: si tamen uolens libensque ma-
neas. Inuitu enim Phaeacium nullus retinebit, quam-

Alcinous
Vlyssi p-
ueritatem au-
giliunt.

Auxilium in te reducendo ut fane in-
telligas, hoc modo bene disponam: Cras dum alto so-
mno precessus iacebis, hi tempestatem optimam tranquili-
lumque mare obseruabit, quo ad patriam, domumque tuam,
et si quid aliud tibi charum, proficiscaris. Siquidem ual-
de procul ab Euboëa est, quam Euboëa illi qui eam ui-
derunt, logissime à nostris dicunt esse populis, quando
Rhadamanthu huc duxerunt, Tytiu Terre filium suspicā-
tem ac formidantem: et quidem absque labore uenerunt,
eademque die rursus cum domum reduxerunt. Videbis et
ipse animo, quantum nubes nostre ac iuuenes in catena
gubernatione prestant. Hec ubi Vlysses audijt, ga-
uisus est, ac orans sic precatur: Iupiter pater, utinam
omnia que Alcinous dixit, sic agat. Illi propterea in-
gens accedit gloris: ego uero domum redibo. Sic igi-
tur inter se colloquétibus, Arcte ancillis iubet lectum
sterni sub porticu, insuper pulchris stragulis purpu-
rcisque ornari, tapeta quoque, lenasque molles superad-
di. At ille ex edibus lappades in manibus ferentes ibat.
Verum postquam certatim decorum strauere lectum,
Vlyssem sic uerbis adhortantur: Agedum hospes ueni-
iam, cubile tibi iam paratum. Sic dixere. At ille cubi-
tam dactris init. Dū uero sic in elegati thoro sub por-

pien dormiret, Alcinous in domus penetralibus altissimis quicuit, quem iuxta uxor regina lectu cubileg^o & ipsa posuit.

ARGUMENTVM LIBRI VIII.

¶ Concio fit Phæacensium de hospite, nauisq; ad Vlyssem reducendū trahitur. Phæacensū optimates apud Alcinou epulantur. Post hæc eū Vlysse disco ludunt. Deinde docus uero musicus Martis & Veneris cōplexum primo, deinde equū Troianū canit. Vlyssem postremo hæc audi entem flecentq; interrogat, quisnā aut unde sit.

ODYSSEAE

LIBER VIII,

AVRORA interea celo apparet, Alcinous itemq; Vlysses è stratis surgunt. Itur, Alcinoo præcente, in concione qua apud naues fiebat, sedentq; supra politos lapides. At Minerva interea Alcinoi præconi assimilata, urbem sollicita percurrit, redditum Vlyssi commentans, functos sigillatim prensat: Venite, inquit, maturate in concionem Phæacensium optimates ac principes, ut hospiti morem geratis, qui Alcinoi nuper domum uenit, longe ponto erroribus actus ac dijs corpore similis. His dictis, cuiuslibet animum incēdit, confessimq; sedes concioq; conuuentibus referte: ipsum multi afficientes Vlyssem admirabantur. Cui Minerva diuinā capiti humerisq; gratiam fuderat, ac illum pro

g iij ss

ODYSSEAE

æriorem augstioremq; uideri dedit, ut omnibus paf-
 sum Phæacēsibus gratus esset: gratius insuper et hone-
 stius certamina multa, quæ Phæacenses cum illo tēta-
 uere, perficeret. Vbi uero frequentes conuenere, Alci-
 nous talibus eos alloquitur: Audite Phæacensiu opti-
 mates ac principes, ut ea uobis referā que hortatur
 animus: Hospes hic quem uidetis ignoro quisnam sit,
 errabūdus domum nuper adiectus meā, siue ab eois,
 siue ab heſperijs hominibus, ad redditum in patriā no-
 strum sibi uehemēter auxilium rogat. Nos(uti iā diu
 cōſueuimus) in huiuscemodi casibus illi subuenire par-
 ēst: nullus enim hacenus miser mea tecta petens, diu
 meam opem desiderauit. Sed & nauem recentem à ſe-
 curi quāprimum in altum trahimus: iuuenesq; duo
 & quinquaginta in populo omnium optimi delegan-
 tur, in tranſtris ſe remis accingant. Deinde abite, prā-
 diū in mea domo propere parate, quod omnibus ſup-
 peditabo. Iuuibus hæc tantum mādo. Verū uos alij
 ſceptrigeri principes ad mea tecta excelsa uenite, ut
 hospitem hunc amplectamini: nemo aut̄ ſit qui neget.
 Demodocum diuinum cantorem uocate, cui deus car-
 tum tribuat oblectare quale ſuggeret illi animus. Sic
 dicens præit, magnates ſubsequuntur. præco cōfſum
 charum cātorem deduxit. Iuuenes leſti duo & quin-
 quaginta, uti iuſſum eſt, ad littus maris uenere: et alij
 quidem nauem in altum traxere, deinde malum exere-
 te, rudiētes explicauere, remos uinculis lorisq; alliga-
 tos

Alcinous
Phæacas
 in cōcio-
 ne hortat
 ut Ulyſſe
 dñeſſe.

Parat con-
minuum.

tes expediunt, uela pādunt: alte demum in humidū im-
pellunt, atq; omnia probe. Mox uero in domum Alci-
noi populus concurrit. Porticus quoq; & mōenia &
ædes cōueniētum multitudine cōplentur. Plures ad-
erant iuuenesq; senesq;, quibus Alcinous duodecim
oves, quatuordecim albas dētibus siles, duos boues ut
mactarent dedit. Hos pellibus in primis nudauere, cī
bo deinde aptauere. Postremo dapibus se accinxere.

Interim p̄eco propinquabat, optatiē deducēs musicū
Demodocum. Hūc musa magnopere adamuit, bono
maloq; simul impertijt, oculis quidem priuauit. Dedit
attamen dulcem canorem. Huic igitur Pōtonous p̄ae-
co thronum argēteum in medio cōuiuarum procre
applicās columnæ, adduxit, supraq; caput eius sonor-
am suspendit cytharam, quā manibus attrectare cu-
piebat, iuxtaq; canistrum mensamq; ornatam, & uini
paterā apposuit, ut potare cū uelit liceat. Cōuiuæ au-
tem paratis omnibus manus epulis extenderunt. Vbi
uero potus ac cibi cōpresso amor, Musa poētam ad
laudes heroum canendas hortatur: carminis gloria
ad celū usq; penetrauit. Namq; canebat uti Vlysses cū
Achille in dissensionem uenit, ut quandoq; acerbis in-
ter se uerbis in deorū cōuiuio contendenterunt. Agamem-
non uero aīo letabatur, cū Gr̄corum optimates in-
ter se certare uideret: utq; Phœbus eū apud Pythum
allocutus, ac in lapideum solum ingressus est, oraculū
datutus. Tunc primū Troianis Danaisq; initū fati

Demoda-
cus cātor,

ODYSSEAE

Vlyssimo
petus fle-
tus.

Alcinous.
hortatur
Phæacas
ad certa-
ppn:

Iouis magni cōsilio uersatū. Hēc igitur inclitus poēta canebat. Vlysses uero dolore commotus, tunicā iugentē purpureā manibus ad caput recuocuit. Phæcēses enim uerē celare cupiebat, lachrymas huberes ex oculis fundens. At poēta diuinus hēc aspiciens, cōncre defuit: lachrymasq; ex ore abstergens, ex capite tunicā deduxit: deinde pateram aureā accipiens, dijs libabat. Phæacensium uero optimates quod cōntule tarentur, poētam rursus ad cōceptum carmen exhortātur. Vlysses itē rursus caput obducēs, flere cōcepit. Hinc alios quidē omnia latuit, minime uero Alcinoum, qui iuxta illum aſides grauiter suspirātem audiebat, cōtinuoq; Phæacēsibus sic ait: Audite queso uiri principes iā epulis affatim expleti, citharaq; probe exilarati, cuius iucunditas epulas subsequi solet. Reliquum est ut iā mediū prodeamus, simulq; certaminibus omnibus experiamur: ut hospes hic domum redditurus suis referat quantū nos Phæcēses pugillatu, palestra, saltu, cursu, ceteris mortalibus prestemus. Sic dicens, præit: ceteri subsequuntur. Citharam uero post hec apud columnā suspendit. Preco autem Demodocā me nu trahens ex edibus deduxit: eandemq; ac alijs solēt uiam precedens, illi monstrauit. At Phæacensium fortissimi certamina uisi in forū concurrunt. Populus deinde frequens subsequitur, iuuentus plurima et mīribus prædita. Surrexerūt ad pugnam, Acroneus et Qeyalus, et Elatreus, et Nautes, et Prymucus, et An chig

cbialis, et Erctmeus, et Ponteus, & Proteus ingref-
 su celo, & Neus, & Amphialis Polynei Tectonidis
 filius. Deinde Euryalus Marti similis, et Naubolides,
 qui post bonum Laodamantem cunctis Phaeacensibus
 & forma et corpore prestabat. Deinde tres Alcinoi
 filii, Laodamas, Halius, et Clytoneus. Horū namq; alij
 primū cursu certantes ē carceribus exicrunt. Vnaq;
 omnes ruentes, cōfestim per campū puluerulentū ex-
 tendebantur, quos omneis bonus Clytoneus quantum
 spatij duorum ordo mulorū in campis occupat, cere-
 ros anteuolans relinquebat. Alij palestram tentāt, in Clytoneo
cursor
signis.
 qua Euryalus cunctis prestabat: saltu Anchialus reli-
 gs melior: disco prestatiō Elatreus: pugillatu Lao-
 das. Postq; uero ludis animum satis exhilarauere,
 sic Laomadas alloquitur: Venite amantissimi, hospitē
 bunc iam interrogemus, an certaminū aliquod didi-
 cerit aut nouerit. Nam in dolo(ni fallor) minime igna-
 nus uidetur, ut foemora, tibias, ambasq; manus admi-
 randas, collumq; ingens ac robur cōspicimus, neq; bo-
 ne insuper etatis indigentem. Verum multis deuictus
 est malis. Nō enim puta egat tristius aliud, quam virū
 fortem in pontō uersari. Huic rursus Euryalus respo-
 dens: Laodamas, inquit, hoc bene et ordine quidē di-
 cis: ipse nunc illū accedēs prouoca, uerbisq; adhorta-
 re. Quod ubi Laodamas audijt, per mediā iens turbā, Laoda-
 vlyscē sic alloquitur: Huc ades et tu hospes pater, ex-
 petire nobiscum si quid ludorū aut certaminū nosti. mas pro-
uocans V-
lyscē-
Etenim

ODYSSE AE

Etenim te nosse par est, cum nulla maior sit uiri gloria, quam proprijs aut pedibus aut manibus fortiter aliquid agere. Sed experire iam, abijceq; abs te mactemus, uia tibi redeundi non longe aberit, cum iam huius rei gratia nauis tracta sit, et socij parati. Cui Vlysses:

Euryalus Laodamas, ait, quid me queso hec iubetis illudentes?

Vlyss.

tristitia mihi cordi magis quam ludi, qui multa prius mala passus, nunc uestro in redeundo officio indiges, uenio et regem ex populu supplicatum. Euryalus contraria:

Ego te hospes nequaquam, inquit, uiro certaminis perito equiparo, que multa inter homines uersantur: uerum potius illi, qui mare frequentans, princeps fit nautarum, quaestum uecture faciat. Insuper uiatorum explora-

Vlysses

tor, ac si quid usquaque sit prede. Athlete uero aut for-

ti uiro nequaquam te pare facio. Vlysses autem ad hec ita ac-

importu-

censu, ac torue illum aspiciens: Hospes, inquit, non re-

no Eurya

lo succen- et loqueris. uir nempe iniquus uideris.

set.

Celestes ctenim non omnibus omnia prebent.

Eloquium, ingenium, membrorum gratia, uires

Non uni cueniunt.

Alius enim forma inferior fuerit, uerum deornare inuenire corporis maculas eloquentia decorat. sic enim oculi leti suspiciunt. Ille dulci sermoni tenet aures, lenitatemque morum in turba pollet, per urbem quoque incedens uti deus spectatur. Alius contraria forma deo similis, uerum nulla uerborum gratia preditus reperitur: quemadmodum et tu qui prater oris decorem nihil a deo habes,

bes mente inanis ac secors es. Me nang; contumeliosus prouocans animum in pectore concitasti. Ego vero certaminum (uti tu dicas) nescius quidem non sum: sed et inter primos existimo me esse, donec et ati ac manibus his cōfido. Et quanq; nunc erumus et laboribus premor (multa nang; sum passus, et uirorū bella et fluctus insanos expertus) tentabo nihilominus certamina. Nihil enim cor iramq; et quē ac uerbū excitat: me profecto uerbis laceſſendo accendiſti. Dixit, ac protinus uestem resupinans, incubensq; discūcepit maiorem crassiorēq; ac lōge terribiliorem, q; quo Phaeacenses inter ſe ludere ſolerent. Hunc in torquē manu impulit uasta. lapis per aera rotatus in ſonuit. populus circā terrore attonitus, ad humum uſq; pro cubuit. Signum uero quo omnes ille ſuperauit, Minerua uiro affimilata poſuit, ſimulq; allocuta eſt: Hospes, ſignum tibi poſitum uel cœcus iudicaret at: rectando. quando non cum aliorum turba commixtum, ſed longe prius ac remotū appetet, quā obrem bono ſis animo. Nullus enim Phaeacensium ad id perueniet, aut ſuperabit. Sic ait. At Vlyſſes, quod ſocium amantissimū in certamine uiderit, magnopere gauiſus eſt. Deniq; alacrius alta uoce Phaeacēſibus dixit: Hoc iuuenes ſignū petite. poſt hoc enim celeriter aliud existimo uel tantundē ſeu longius procedet. Et quādo me ad iram prouocatis, huic quicunq; is fuerit ex omnibus Phaeacēſibus ueniat. aliud m̄ccum experiatur certamē, ſi-

Vlyſſes p.
uocatus
ira diſcā
iacularu
oēs ſupe-
rat.

ODYSSEAE

ne pugillatu seu cursu (nō recuso, nō inuideo) præterq;
 Laodomas. Is enim mihi est hospes. Quis enim cū am-
 co certet? Stultus profecto est ille ac penitus iners, q;
 hospiti pugne contentionē offert: in alieno præscriptim
 populo sc̄e suaq; turbat oī. Aliorū uero neminē fu-
 gio aut uito, sed cupio cōtrā experiri. Neq; inter si-
 gnos ignavius ueror: oīa sanè certamina probe, sū ar-
 cū tractare noui. Primus namq; in būm ferocium tur-
 ba sagitta ferire, quanq; multi socij iuxta abiſterēt ia-
 culādo. Solus apud Troiā Philoctetes me arcu ac arte
 sagittādi superauit, quādō nos Achaei sagittis ageba-
 mus. Cæteris uero omnibus qui in terris nūc cibū ca-
 piūt, me lōge in hoc genere pugne præstantiorē pato:
 cū prioribus aut uiris nequaq; concurrerē, neq; Her-
 culi, neq; itē Euryto Oechaliēsi, qui ambo sagittis cū
 dijs certauere: quādōrē ingēs Eurytus cōfestim per-
 ijt, neq; ad sanctiā peruenit. Apollinē enī arcu pro-
 uocans, ab eodē est protinus intersectus. Hastā igitur
 tam lōge iacio dextra, quā non alter arcu sagittā. So-
 lū cursu uere orne à uobis Pheacēsibus uincar, quod
 maris fluctibus magnopere sim afflictus anni tototem
 pore nauigādo: quamobrē soluta sunt labatq; mēbra.
 Sic ait, cæteri silentiū tenebāt. Alcinous uero solus re-
 spōdit: Hospes, tuus nobis non ingratus est sermo: uti
 planē cōspicimus, tuā uis quæ sit apparere uirtutē, mi-
 mirū quod hic te uir ad certamē prouocauerit. Exi-
 flimo namq; tuas nemo tētarct uires, quod animo suo
 cog

Akinous
Vlyss.

contraria sciret euentura. Verū meū quæso audi uer-
 bū, quod et herou tu alijs referre ualeas, qui tuæ do-
 ini tua cum uxore filijsq; tuis forte epulabuntur, no-
 stræ uirtutis memor, qualia nobis Iupiter opa omni-
 no supra maiores nostros tribuit. Nō enim pugiles ad
 modū fortes neq; palestritæ, uerū cursu pedū et arte
 nauali prestamus. Post hoc nobis epule, citharæ, ue-
 stes mutatoria, calida lauacra & cubilia curæ sunt:
 Sed heus Phæacensiū saltatores, quicūq; clari estis, lu-
 dite, ut hospes hic cū redierit, suis referre possit, quam
 tū & nautica et cursu et saltatioe ceteris prestamus
 mortalibus. Igitur aliquis properat hīs citharā Demo-
 doco ferat, sicuti in ædibus fuerit nostris. Sic Alcino-
 us. At præco surgit, sonorā ex ædibus propere latu-
 tus citharā. Nouē insuper uiri principes ac iudices ē
 populo surrexere, qui singula in ludis bene & ordine
 disposuere, chorū aptauere, pulchrū deniq; certamen
 dilatauere. præco interea ē proximo aduenit, citharā
 Demodoco ferēs. Is uero in mediū prodijt: circaq; iu-
 uenes in prima pubertate saltatiois sciētes cōstitere,
 pedibus chorū diuinū pulsauere. At Vlysses pedū mol-
 litiem, dexteritatēmq; motus tacite inspicieſ, admirat-
 batur. Citharoedus uero pulchrā de Martis & Ven-
 tris amōribus canticōnēm ocioſe modulabatur: Ut pri-
 mū in domo Vulcani clam cōcubuere, multa illa acce-
 pit, quod lectū cōplexumq; Vulcani erubesceret. Utq;
 danteius ei Sol uenerit, qui coēntes nouit. Vulcanus ue-

Demoda-
 cus inter-
 cinig fabu-
 la de Ve-
 neris &
 Martis &
 plexu:

ODYSSEAE

ro ut primum uerbum audijt dolendum, statim in officinam ferream animo perturbato ac male cogitans descendit. Hic ingentem posuit incudem, ac uincula statim firmissima & insolubilia, quibus illi uincuntur, fabricat: quibus absolutis, dolum Marti ac infidias per irā parās, in thalamū ubi cubile iacebat, contendit. Circa autem extremas spondas ita catenas tenuiter ac demisse diffudit, ut aranea tenuis solet. Sed nec ulli uel deorū immortalium uidebatur. Postq; uero dolos construxit, in Lemnū proficiscitur, quæ omnium est ei terrarum charissima. Mars autem auratis in equo uter habenit, minime captus oculis aut conniucens, ubi abeat untem aliò uidit Vulcanum, statim ad eius domū amore Veneris incēsus proficiscitur. Illa uero nuper à patre Ioue ueniens, sedebat. Mars intrò domum subiit, Venerem deinde manu cōpellans, alloquitur: Huc ades dilecta mihi, lectum simul cubantes concendamus. Vulcanus in Lemnū ad Sinties agresti uoce homines, non reditus abijt, Sic ait. statimq; gratum ingreditur cubile. Itaque consopiti, uinculis quæ circunfusa erant, illico capiūtur. Captis membra mouere aut ali quo modo detrectare non erat. Tunc ineuitabiles infidei cognitæ. At Vulcanus è proximo superuenit, rufus reuertens anteq; in Lemnum peruenisset. Sol nanci fuit explorator, nunciumq; attulit. Illico domino animo incenso atq; irato petijt, ac in uestibulo constens (ira enim illum uebementer subiit) horrendū cla-

manit, ita ut oēs audierint dij: Iupiter pater, et uos, in
 quid, alij dij immortales, uenite, adeste, opera ridicule
 ac non æqua cōspiciatis, ut me claudum existentē Ve-
 nus contemnit, amatq; Martem perfidum, quōd is in-
 teger & pedibus firmus existat, ego cōtrā infirmus.
 Veruntamē nullus alijs mihi in causa est, q̄ ambo pa-
 rentes, qui mihi esse nunq̄ debuerāt. Sed queso aspici-
 te, q̄ impudēter sese complectēdo, meū inuaserunt tha-
 lamū. Ego uero spectans sum miser & anxius factus:
 spero tamen nō diu gaudebunt cubātes, quin eos pœ-
 nitētia facti subeat, cum primum sese uinculis per do-
 lum correptos conspiciant, donec mihi pater omnia
 reddat dotalia, quanta illi causa puellæ promiseram,
 quōd mihi pulchram quidē, uerum impudicam filiā lo-
 cauit. Sic ait. At dij ad domum confestim Vulcani fer-
 reā conuenerere. Venit Neptunus, uenit Mercurius, ue-
 nit Apollo longe iaculans. Deæ uero delicatores sin-
 gule domi cū pudore mansere. Constatere in uestibū
 lō dij bonorū datores. risus est illis ingens excitatus,
 Vulcani cōspicientibus artes. Sic alijs proximo dice-
 bat: Malefacta male pereunt minime placent. num ui-
dcs ut tardus celerē est cōsecutus? nā nunc Vulcanus
quanq̄ claudus, Martem deorum uelociſſimum cepit.
quāobrem ille munera ad se redimendum debet. Tali
bus inter se colloquebantur. at Apollo: Mercuri loue-
nate, inquit, Mercuri bonorū dator, malles ne in cubi-
li iuxta Venerē autē uinculis pressus duris cubaret?

ODYSSEAE

Vtinā,inquit ille,hoc fieret Apollo,uinculaq; terfata
ta me retinere. Vos autem dij deeq; afficio: attamen
ego apud illā libenter manerem.Dixit. At dij pariter
risere:nequaq; uero Neptunus,cum continuo Vulca-
num de Martis liberatione in hunc modum precaba-
tur: Solue queso,ego nanq; unx cum ceteris dijs que
cunque pro illo dari optas,libenter me recipio datus
rum.Cui Vulcanus:Nemē,inquit,Neptune hoc iube:
quonam queso modote ego ceterosq; deos expostu-
larē, si forte contingat ut Mars hoc ēre non exolutō
ē uinculis abeat? Cui rursus Neptunus: Si enim hoc
sit,cōtigerit,ego inquā exoluā. Tunc Vulcanus:Neg-
are demū quod poscis nequeo,inquit.statimq; illi la-
xatis uinculis quanquā durissimis,migravere: Mars
quidem in Thraciam,Venus autem Paphum, ubi tem-
plum ciaraq; sacra.Hic eā Charites laucre,oleoq; im-
mortali uxore,uti deos solēt, uestibus deniq; diuinis
(mirabile dictu) ornauere. Hec igitur poeta inclitus
canebat.Vlysses autē audiens,simul cum Pheacēsibus
animo letabatur. Alcinous uero Halium & Laoda-
manta separatim psallere deinde iubit,quod cum bis
nullus in hoc genere concurrere auderet.

Lod fūc.

Hiq; pilam primo manibus sumpſere decoram,
Quam Polybus quondam præstanti fecerat arte.
Alter terga retro flexus consurgit ad iustum
Protinus,ac illam compellit in aera summum.
Excipiens alter,terrām prope compulit ita.

Pofit

Postq; uero pila inter se lusitauere, saltare cœperunt, per humum pedes frequenter alternantes. Iuue saltatio
 nes uero aliij in certamine consistentes, apposite cātabāt: murmuris inter hæc multū oriebatur. Vlysses ue
 ro: Alcinoe, inqt, tuos népe saltatiœ præstātes ter-
 cepisti fore. Hoc actū pulcherrime, ita ut omnis admi
 rari poscit. Sic ait. At Alcinous animo gauisus: Phæa
 cēses, inqt, principes atq; duces, hospes hic mihi nimi
 um sapere uidetur, quāobrē hospitali munere illū ut
 est equū, honoremus. Duodecim enim per populum
 præcellētes principes prodeat, ego uero tertius deci-
 mus inter eos, quorū quilibet ueste tunicamq; nitidā
 ac auri talenta ferat: statimq; cōgregata cūcta simul
 in manibus feramus, ut hospes hic recipiēs letus ab-
 eat. Euryalus uero, quod cum nō recte sit allocutus,
 nō solum munere, sed uerbis cundē placet. Sic ait. Ca-
 teri laudauere: dona ut ferret quilibet per præconā
 iussere. Alcinoo post hæc Euryalus talibus respondebat:
 Alcinoe rex hominū clarissime, ego népe hospitē sic-
 uti tu iubes, placare studebo. ei nanque ensem ex ere
 totū dabo, cui capulū est argenteum, uagina ex ebo-
 re nuper secto circū ornata: quod uel ciuitate dignū
 ac pensandū munus ei fuerit. Sic ait, statimq; in mani-
 bus illi ensem tradidit, ac compellans eum talibus al-
 loquitur: Salve pater hospes, uerbū si quod integrā
 ne dictum fuerit, hoc uenti præcellāq; auferant. Tibi
 nāq; dij dēt et uxore rcuiscere, ex in patriā incolumē
Alcinous
Phæacē
cēsus.
Euryalus
Vlysses
ense do-
nat.

ODYSSEAE

redire, quando diu procul à tuis incōmoda multa patēris. Cui Ulysses: Et tu, inquit, mihi dilecte salue. Dat tibi opes, resq; secundas dū. Nō enim postmodum bāius tibi ensis quo me placaturus donasti, desideriū fārit. Dixit, ac circū humeros illum sibi aptauit. Inter-

Affertunt
Ulyssis &
Phaeacens-
ibus xe-
mia.

ea et dona inclyta illi affuere: hæc in domum Alcinouſ precones tulere, pueriq; quibus imperabat Alcinous excepere, ac prope illius matrem uenerabilem posse re. Venientes autem illi principes, in altis confederūt thoris, tunc sic uxorem Areten Alcinous alloquitur: Huc ades coniux, fer arcam omnium pulcherrimam, in hac uestem & tunicam terſam ponito: circaq; abennum igni ſuspendite, aquam calefacite, ut lotus hospes uidensq; cuncta bene diſposita, ac uenientes huc cum donis Phaeacenses, letus dapibus accumbat, calorem hymnumq; audiat. Tunc ego quoq; meum calicē pulcherrimum aureumq; illi dabo, ut mei memor ille perpetuo in domo ſua Ioui & alijs dijs libet. Sic ait. Arete autem ancillis iubet, ut igni magnū admoueant tri poda. Illæ iuſſa faciunt, tripoda igni admouent, aquā deinde ſuper ligna ſubigunt, tripodis alucū ignis itēco eſt amplexus, aqua calefit. Post hæc Arete hospiti pulchram ē thalamo arcam attulit. Deinde Phaeacium in ea dona elegantia condidit, pulchra ipſa uestē tunicamq; illis addidit: mox illum compellans ſic alloquitur: ipſe nunc aſpice, calicem hunc uelociter apud te alliga, ne quis in itinere in nauि forte dormiēti ſer-ripi

ripiat. hec ubi vlysses audijt, calicē statim suspēdit, fir
 miterq; alligatū uinculo opportuno, quod eum Circe
 docuit. Post hēc illū proma lauare iussit labro in me-
 dio posito. At ille ubi calidum conspexit lauacrū, ma-
 gnopere letatus est animo, quōd postquam Calypsus
 domum reliquerit, per mare uectus, nunquam calida
 lauerit: tunc enim dea cura illus maxima fuerat. Hūc
 īgitur ubi famulæ lauere diligenter, atq; oleo unxe-
 re, ueste ac lēna pulcherrima amiciunt. Deinde ex la-
 bro prodiens lotus, quōd lubebat proceſſit. Nausicaa
 inter hēc forma deæ ſimilis medio uestibulo constitit,
 & vlyſſem aſpiciendo admirata ſic alloquitur: Salve
 hospes: cum in patria fueris tua, mei ſis memor, quan-
 do uitæ præmia mihi debes. Cui Vlyſſes: Nausicaa Al-
 cinoi magni filia, inquit, ita nunc Iupiter Iunonis con-
 iux det mihi redire in patriā, ut tibi ueluti immorta-
 li deæ ſacrificans perpetuo ſupplicabo, quōd me ò di-
 gnifima puella uitæ reſtitueris. Dixit, iuxtaq; Alci-
 noum in thoro conſedit. Miniftri uero epulas diſtri-
 buunt, uina fundunt: præco quoq; ex propinquo ad-
 ueniēs, Demodocum populo deſiaeratum deduxit, ac
 in conſiuarum medio iuxta columnam locauit. Tunc
 Vlyſſes: Præco, ait, à ſuis dorſo incipe, multum enim in-
 eo relictum, multumq; abdominalis circā in eſt. Ex hac
 īgitur parte carnē Demodoco appone: ego uero quā-
 quane miser, cum magnopere diligo & amplector. In-
 iicit homines enim poëtas ac muſicos honoris & reue
Vlyſſes
Nausicaa
grauas
egit.
Swilling
in pto.

ODYSSEAE

gentie maxime participes esse fas est: quod eos musa
 catu instruit, amatq; poctarum genus. Sic ait. Preco
 autem manibus ferens, eadem Demodoco apposuit: ille
 prompte letabundusq; suscepit. Postq; uero bibedi &
 que edendi libido cōpressa, Demodocum Vlysses affa-
 tur: Demodoce, præter ceteros ego te mortales ma-
 gnopere collaudo, siue te musa, seu te Apollo docne-
 rit. Achiqrum nang; casus, quo scung; illi p̄ssi fue-
 rint, siue quod illis ipse interfueris, aut ab alijs forte
 audiueris, profecto egregie cantas. Sed iam ulterius
 progredere, equi lignei ordinē cane, quē Epcus cū Mi-
 nerua condidit, ac in arcem Vlysses per dolum intro-
 duxit, hominibus complens armatis, qui Ilium cuerte-
 rūt. Quod si hec recte et ordine narrabis, statim ego
 cunctis referā. At ille dictis excitatus, deum ante oīa
 prefatus, cantum exorditur: hinc initū capiens, quē
 admodum Argai reditum simulātes soluerunt, ac ten-
 torijs ignem plurimum relictis iniicerunt. Alij uero
 equo inclīsi in Troianorum foro duce Vlysse conside-
 bāt. Ipsum quoq; ubi Troiani in arcē traxere, tribus
 fuere sentētijs, uel hasta uterū equi abrūpere, uel pre-
 cipitem ab arce per saxa dare, uel sic dimittere, ut de
 orum esset propitiatio: in qua sententia permansuri
 erāt, quod fatum existebat, ciuitatem esse perituram.
 Vbi uero illum admiserunt, in quo Achaeorum omnes
 fortissimi fuere, Troianis exitium ferentes aderant.
 Canebat, uti ex equo diffusi, curuum deserētes latus,

aliij

Demodo-
 cas equi
 Troianū
 citu pro-
 sequitur.

Alio discurreunt urbem miscentes, atque Ulysses
 Marti similis, una cum Menelao ad domum Deiphobi
 accederit: ibiq; dirū bellum ausus, demum per Mi-
 nervā fortissimā uicerit. Hec diuinus poēta canebat.
 Ulysses uero audiendo solicitabatur, lachrymasq; ex
 oculis genisq; huberes fundebat. quemadmodū uxor **Copatio:**
 flet charū cōplexa uirum, qui ut à patria liberisq; di-
 em repellat malum, ante urbem ac populum cadit. illa
 uirum morientem ac palpitantem cernens, circā effu-
 sa clamitando queritur. At hostes retro tergus hume-
 rosq; illius conuerberantes, in seruitutē, laborem ac
 miseriā compellunt: illius itē ora ex genē fletu miser-
 abili corrūpuntur. Sic Ulysses moestas ex ore lachry-
 mas fundebat. quod ceteris quidē minime aduententi-
 bus, Alcinous tātum qui iuxta sedens grauiter suspi-
 rantē audiebat, deprendit. Quāobrem Pheacē, es, si-
 quit, principes audite: Demodocus iā cithara sonora
 desimat. nō enim oībus gratus hēc canit. ex quo enim
 cōnare coepimus et poēta canere, hospes hic queri-
 nunq; desijt, et in angustia uersare animū uidetur: quā
 pbrē et poēta desistat, et nos una cum hospite simul
 ad latiora cōuertamur. Hospitis nāq; huius uenerabi-
 lis gratia ad hēc conuenimus, muneraq; et auxiliū
 in reducēdo parauiimus: cum hospes quicunq; uel sup-
 plex, homini qui paululū animo sapit, loco sit fratri.
 At te hospes ne questo mētis astu me cela, quæcunque
 percōtabor. fateri enim te lōge prestat. Dic sodes no-
 b̄ iiiij men,

ODYSSEAE

q[ui]rit o[mn]is
eius cōdi-
eōne &
fortunā.

Phæacum
naues sen-
tiles sunt.

met, quo te mater atq[ue] pater et alij quicunq[ue] in urbe aut circ[um] habitant, uocant. Nullus enim est inter homines ex quo natus, siue bonus siue malus, absq[ue] nomine inuentus, sed pa[ci]sim omnibus inditum, ex quo a parentibus excunt. Dic rursus terram et populum et ciuitatem tuā: ne eò te naues nostre que animos obseruant nostros, transmittat. Nō enim Phæacensibus gubernatores existunt, neq[ue] temones habet sicut alie naues: sed ipse mentes hominum ac sententias tenent: et omnium hominum urbes et pingues norunt agros: preterea immēsa maris pertransiūt spatiā, aëris caliginosi nube operti: neq[ue] illis naufragiū pati aut perire metus est ullus. Sed et ut ego quandoque a patre meo Nausthoo audiui, qui dixit Neptunum nos admari solere, quod auxilio simus omnibus, eos secutus nauibus deducendo. Dixit item tūc fore, ut Phæacensium nauis ex reductione reuertēs, in ponto quādōq[ue] resideret, magniqt; instar montis nobis circa ciuitatē adumbraret. Hec deus an faciet, an imperfecta reclinaquat, ut animo lubebit, agat. Sed queso, mihi refer narrā, ubi erraueris, et ad quae hominū loca peruenieris? an urbes habitat, an duri et agrestes, seu potius hospitalis et aīo religiosi? Dic insuper, cur fles et animo angeris Danaūm ac Ilij luctum audiens, quē dij fecere, omnibusq[ue] hominibus exitiū præbuere, futuris uero cantū ac poēma. An alijs tibi forsitan propinquus apud Troiā perijt, seu gener bonus, seu sacer qui

qui ue maxime necessarij sunt post et sanguinē & genū eorum, siue etiam aliquis uir amicus & gratus: quando non fratre est peior, quicunque sit & amicus & sapiens.

ARGUMENTVM LIBRI IX.

Inixum Vlyssis narratiōis, in quo se diu bellum gesisse cum Ciconibus, & ad Lotophagos penetrasse, & ad Polyphemum Cyclopem profectum esse, & hunc sex socios deuorantem excasasse refert.

ODYSSEAE

LIBER IX.

Vlysses uero sic respondit: Alcinoe princeps, profecto pulchrū hunc audire potestam est, qui cātu par dijs uidetur: equidem non puto finem aliquem gratiorem esse, aut optatius cōtingere, q̄ lētitia cunctum esse populū affectum. Cōuiæ in primis in ēdibus poetā audiunt ordine sedentes, iuxtaq; mensa Cerere ac carne referta. Hic pincerna uinum ex craterē hauriens affert, paterisq; fundit, quod mihi profecto gratissimum. Te nanque de meis interrogare laboribus animus impulit, ut magis ac magis referendo doleā. Referam cum ita tibi placuit, ordine: quid primum, quid deinde, quid denique postremo fuerit ex meis erūnis, quas mihi dij multas & malas inflixeret. Nunc nomen ante omnia mecum dicam, ne nescij sitis. Ego postq; cr-

Vlysses labores suis incipit enarrare.

b v ro

ODYSSEAE

ro p̄xofugus extremū cuitans diem, ad uos hospes in
Vlyssis pa nio, procul hinc habitas. Sum namq; Vlysses Laertis
grīa. dius, qui dolis ceteris pr̄esto mortalibus, meaq; ad celum usq; gloria peruenit. In colo Ithacā, cui mons im-
minet Neritus. Circaq; īsula multe ualde inter se pro-
pinque, Dulichīū et Samus, et nemorosa Zacynthus.
Ipsa uero humilis in alto iacet, ad occidentē pertinet.
alia separati uersus orientē solē. aspera sane, sed optima
salubrisq; pueris educādis. Nō ego illa terra possum
dulcior quicq; uidere. Nam et Calypso dea secum
me uoluit retinere: similiter et Circē Aea dolis in su-
is edibus maritum sibi habere, uerum animo nunquam
meo persuadere potuerunt.

De amo-
te patriæ Dulcius est patria nil, atq; parentibus usquam,
illi pr̄sertim, qui longe à finibus errans
Forte domus proprie, peregrina in sede uagatur.

In felix p-
liū cū Ci-
conibus. Nam ego redditum meū uarijs plenū curis referi,
quas mibi à Troia discedenti Iupiter inculit. Ex Ilio
primum uetus ad Cicones urbēq; Ismarī deruit, quā
ego diripui: pr̄dā ac cōiuges, opesq; multas accipie-
tes diuīsimus, ne quis mibi parē non aquā inuidet.
Hinc ego recenti adhuc et humido pede nostros sage-
re iussi, ac stulti minime audiere. Nā dum meridiū
hic bibunt, multasq; oues apud littus occidū: ecce Ci-
cones Ciconibus se iungētes uicinis, qui multi sanè ac
fortes continentē habitant, ac ex equis cum uris dei-
certare, cumq; opus etiā pedites agere solent, conser-

tūm tantaq; multitudine uenerūt, ut folia floresq; ue-
 re primo apparent. Tunc malum Iouis fatū male peri-
 turis affuit, ut ærumnas pateremur multas. Circunsi-
 stētes igitur naues oppugnauerit, basta ferreæ utrin
 que iactæ. Igitur ad meridiem usq; contra eos quam-
 quis numero superiores, durauimus. Vbi uero dics ad
 uesperam inclinavit, tunc Cicones irruentes, Achæos
 prelio superauere: sexq; ex naui qualibet socij des-
 derati, reliqui uero morte fugimus. Inde quam primi
 soluimus, leti quod fatū euasimus, moesti rursus quod
 uiros amissimus. Non enim naues abire prius permisi,
 quam miscrorum sociorum ter quemlibet clamarem,
 qui in Ciconum campo ab sumptu fuere. nauibus dein
 de Iupiter uentum immisit borcam cum procella im-
 mensa, quæ terram pontumq; nubibus obduxit, nox
 quoque exorta è cælo est: quamq; brem naues in obli-
 quum ferebantur, uela in treis quatuorue parteis uis-
 uenti deduxit. At nos mortem presentem metuentes,
 in naues excidimus, eas ex alto in terram certatim de-
 duccere conantes. Hic duas noctes duosq; continuo
 dies iacuimus, angustia & dolore pressi. at cum tertii
 um dicim aurora excitauit, mālos constituimus, albaq;
 uela pandentes eramus, naues quoque uentus & gu-
 bernatores direxere. & profecto incolumis in patri-
 am peruenissem, nisi me unda fluctusq; ac aquilo exar-
 gitatum in Malcam impulisset incuruam. Hic uentis
 aduersis nouē diebus per pontū sum delatus. Decima
uero

ODYSSEAE

Vlysses de
 fert ad Lo
 cophag
 eos.
 Lotos ē arbor
 ī aera.
 Pontum ferens
 Cyclopū
 insula fer
 silis.
 Nero ad terrā perueni Lotophagorū, qui cibūberos
 bidū pascuntur. Hic in terrā ad aquā bauriendā de-
 scendimus, socijq; statim apud naues coenauerunt. At
 postq; potus ac cibi cōpressa uoluptas, tunc ego socios
 duos diligens, tertiu praeconem simul addens, explo-
 ratū misi, quinā mortales essent, qui in terra uiueret.
 Illi statim abeuntes cū hominibus Lotophagis se se cō-
 miscuere, quibus illi nō diter perniciē inferēdo nocu-
 cre, tantū lotū ad degustandum præbuere: quorū qui-
 cunq; dulcem illius fructū ediderat, non amplius nec
 redire, neu referre nobis quicquā curauit, sed cū Lo-
 tophagis illis lotū et ipsi edētes, remanere uoluerūt,
 omnino reditus oblii. Hos ego demum ad naues flen-
 tes per uim duxi, ac sub carinārum iugo religavi: ce-
 teros uero delectos socios cōfessim naues cōscendere
 iussi, ne forte et ipsi lotū eodem modo degustantes, re-
 ditus obliuiscerētur. At illi statim ingressi in trāstris
 ordine manētes cōsedere, ac remis pontum secauere.
 Hinc tandem moesti animo, in terrā protēuorum et
 immāniū Cyclopū uenimus: qui diuis immortibus cō-
 fidentes, neq; manibus plantant, neq; arant, sed et tri-
 cīcum et ordeum minime satum aut aratū apud eos
 nascitur. Vineae quoq; huberes nuas ferūt, quas ionis
 imber adauget. Eisdem quoq; nec fora sunt, neq; iudi-
 cia, sed montiū altorū habitāt cacumina in cauis ter-
 rae speluncis, quisq; sibi ius dicit, filios uxoresq; inter-
 se communes habent. Insula deinde brevis ac nemoro-
 sa

sa secus portum extenditur, Cyclopū terre neq; pro
 pinqua neque item remota, ubi caprae agrestes infini-
 te nascuntur, quas hominū iter aut ambulatio (quod
 locus inaccessus) minime prohibit: neque item uena-
 tores, qui per saltus montium cacumina cū labore se-
 flātūr, omnino uestigāt. Non enim gregibus, aut ar-
 tris terra colitur, sed insata & inarata perpetuo ho-
 minibusq; uiduata est, tantū capras pascit. Neq; item
 Cycloibus naues, nec uiri nauium fabricatores, qui
 ue nauigādo (quemadmodum mos est hominum) inter
 se urbes adeant, ac commercia tractēt. Insulam opta-
 tam colunt non admodum malam. fert enim fructus
 omnis suo quoque tempore. Nā & prata iuxta ma-
 ris ripas amoenas aquis irrigua, uine& q; uirentes &
 immortales existunt. Deinde aratio facilis. Aristae in-
 super per maturitatem grayide & inclinātes, ob so-
 li subtus fertilitatem ac pinguedinem. Portus nauī ac-
 comodus, ubi non rudētibus opus aut ūste alligari,
 aut cubilia sterni, adeo ut in eo appulse diu tutō ma-
 nere ualeat, donec nautis soluēdi tempus uideatur, uē-
 tiq; aspirēt. Iuxta uero portus caput lucida fluit un-
 da, fonsq; ē specu, ac alni circū nascuntur. Huc itaq;
 ad nauigauimus, quō nos aliquis profecto deus per ob-
 scuram noctem duxit. Insula nusquam apparebat, aēr
 quoque circa naues obscurus ac profundus erat: lu-
 nam in cælo minime apparentem nox interposita nu-
 bibus tenebat; neque longos fluctus rotates ad terrā
 usq;

seus & uer

ODYSSEAE

usq; uidimus, priusquam ad naues appulerint. His de-
mum appulsis, uela cuncta legimus. Deinde in littore
oculus descendimus: hic demum fessi dormitates, auro
ram expectauimus. Vbi uero primum illuxit, insulam
admirantes, ad ipsam conuoluimus. Hic nymphæ Io-
nis filie capras è motibus excita erunt, unde socij co-
nare posset. Nos statim incuruos arcus sagittasq; ex
naibus sumetes, triplici instructi ordine, direximus.
Dei tandem munere dulcis & optatae uenationis con-
potes fuimus. naues me secutæ sunt duodene, capræq;
nouene cui libet sortite, mihi autem soli denæ delectæ.
Vbi uero sol in occidentem inclinavit, consedimus
omnes, dapibus meroq; accingentes. Non enim rubrum
in naibus uinum defuerat, quod multum ex urbe Ci-
conum quā cepimus, in amphoris hausimus. Post bec-
tū Cyclopum terrā uacuā peruenimus. Nam & ipsorū
rum iudicium fumum, ouiumq; & caprarum audiri-
mus uocem. Cum primum uero sol occidit, in meris lit-
tore procubentes, dormiuimus. Vbi autem illuxit,
tunc concionem cogens: Vos, inquam, amantissimi so-
cij, hic remanete. ego cum mea naui meisq; comitibus
ibò exploratum quinam uortales sint, an grastatores,
agrestesq; & malefici, seu potius hospitalis et religio-
si deorum cultores. Dixi, ac statim ipse nauim cōscendi,
idēq; meos facere iussi, orā deinde soluere. Illi obtēpe-
rātes, illico trāstris cōsedere mareq; remis pulsauere.
At loca contigimus postquam uicina Cyclopum,

Antrum
Polyphe-
mi.

Hic

Hic sp̄ecus excelsa, pelagiq; in parte sup̄rema
 Conspexi lauris densum, syluaq; recenti:
 Caprarum pecudumq; greges, ubi forte frequentes
 Stabant, ac iuxta saxis horrentibus aulam
 Extractam pinus, quercus quoq; plurima uallant.
 Hic demum à reliquis uir longe ac solus aberrans
 Per campos pascebat oves: qui iura hominumq;
 Fas minime seruans, diuos spernebat ex ipsis.
 Mōstrum horrendū, ingens, facie mortalibus impar
 Cinnibus in terris frugem gustantibus, alti
 Quin potius referens nemorosa cacumina montis.

Tūc ego iussi alios delectos socios apud nauem manere, ac eam seruare. Duodenos insuper fortissimos socios mihi diligens accēsi, mecum afferens utrē caprinum uini nigri dulcis, quod Maro Euanthis filius, Apollinis sacerdos, qui Ismarum colit, mihi dedit, quo miam illum cum filiis & coniuge eò ueniētes uenerati sumus. habitat enim in Apollinis sylua nemorosa. Is igitur pr̄clarā mihi dona pr̄buit, septem auri facti talenta: dedit & craterem argenteum: post hēc uini amphoras duodenas, dulcis admodum ac potus penē diuini, quod nullus nec ancillarum neu famulorū domesticorum sciebat, sed ipsa tantum uxor & proma una sola: quod inquā uinū cū ipse biberet, uni patere viginti aquæ partes addebat, odorq; ingēs ac suavis craterē spirabat, ut nemo ex eo facile cōtinere potueret. Huius igitur magnū ac plenū utrem, uictimq;

Vini Ma-
sonis me
morabili

ODYSSEAE

in pera mēcū ferens, animo impellor, hominē mīngē
 ti robore p̄dītū et agrestem, iusq; ac fas mīnime co
 Vlysses in lēntē, ultro adire. Cōfēstīm̄q; in antrū uenimus, ubi
 greditur. ille nō aderat, quōd oues per pascua fertilia ducere.
 Ingredi ac cuncta sane afficiētes, admirati sumus.
 Portarū ante limina p̄e magnitudine insonuere, p̄u
 sa caseis onerata, stabula agnorū & hēdorū conser-
 ta. utraq; enim diuīsa muniebantur, separatim prius
 natū, separatim mediæ, & itē iuniores. Sero uasa cum
 etiā mundabat, multa scyphiq; in quibus mulgebatur,
 affabre laborati. Hic me socij ante omnia orant hor-
 tāturq; ut caseos auferētes, ac agnos ē stabulis rapū-
 entes, statim ad nauē deduceremus. indeq; rursus per
 mare nauigare, quos ego minime audiui, quōd longe
 p̄estare uidebatur, ut et ipsum uiderē, qui si mibi xe-
 nia daret (nō enim daturus erat) nostris procul dubio
 equus erat futurus. Hic igitur ignem accendētes, &
 cupide caseos edētes permāsimus. Illū uero intus oc-
 ose sedētes expectauimus, donec pascens rediit, dorso
 ingentē aridē syluē fascē ferens, ut ei ad cōnam n̄
 suppeditaret: intraq; antrum proiectus, tumultū ex-
 citauit. Nos aut̄ perterriti in antri penetralia lōge se-
 cessimus. At in latā sp̄eluncā pingues oues impalit oēs
 quas mulgere solebat. Mares autem, arietes uidebunt
 & hircos, extra portā & altā caulam reliquit. Ipse
 demū saxum ingēs in altū tollens, quod nō duo & ni-
 ginti currus quadrijugi ab humo amouerēt, ostiō re-
 pagin

pagulum ac mūnimentum opposuit. Post hæc sedens, oues moechasq; capras ordine mulxit: ac fœtū quelli bet subito repetiit. Deinde lactis quidem dimidium in uimineis ponens calathis caseis faciendis, dimidiū ue ro in uasibus cōstitutum, coenæ reseruauit. Postquam operā absoluit, tunc demum ignē accendit, nosq; primū uidit atque interrogauit: Hospites, cuiates estis? quō tenditis per maris uias, siue usus gratia, seu fru stra erratis sicuti prædones per pontū cuntes, ac ani mas in discrimine ponētes, ut alijs perniciē & exitū ferat? Sic ait. At nobis ilico uocē istius uastā atq; horrendā expauescentibus, animus cōcidit. Ego sic respō di: Nos ē Troia errātes Achēi, per magni spatiā maris omnigenis uentis domū redētes, per aliā uiaā aliudq; iter uenimus: sic loui placuit. Populi Agamēno mis Atridae esse gloriāmur, qui fama est super aethera notus, quod tantā diripuerit ciuitatē, ac tot populos p̄diderit. At nos tua ad genua procūbētes uenimus, si quid hospitalis auxiliū aut alias dono, quod hospiti bus cōueniar, iuuare poteris. Sed o uir optime uerete deos: uenit siquidē Iupiter hospitalis, supplicū & hospitū fautor, q hospitibus simulq; uerecūdis comitēs se præbet. Sic dixi. At ille truci respōdit animo: Stultus es hospes, an lōge hinc nostri moris ignarus ueni sti? q me deos iubes uereri aut uitare? Nō enim Cyclo pes louē uerētur, neq; itē deos beatos, quod longe sumus potētores. Nā ego profecto irā louis uitaturus

Polyphe mus adue nas inter rogat.

Vlysses re spondet.

Cyclopē dius cōrē ptores.

i

neq;

ÖDYSSEÄ

neq; tibi neq; socijs tuis parcerem, nisi mibi suaderet
animus. Sed dic ubinam nauē huc ueniens reliqueris,
an in extremo littore procul, an prope ut sciā. Sic ille
me tentando percontatur, quod minime latuit multa
scientent: uerum & dolosis refondi uerbis: Nauē mis-
hi Neptunus ad petras cōtundens fregit, uestrā eq; ter-
re finibus propinquam reddidit. Vetus enim illam ex
mari dispulit: fatum ego tantū cum his quos uides eas-
si. Sic dixi. At ille animo uisus truculento nihil respon-
dit: sed in socios irruēs manus extendit, duosq; ex his
tanquam catulos arripiens humi allidit, quamobrem
cerebrum excussum terrā cruore perfudit, membra de-
inde truncatim cesa cibo parauit, uorauitq; demum
ut leo mortanus, neq; viscera, neq; carnes, neq; itē ossa
relinquēdo. At nos atrocia facta cōspiciētes, Ioni me-
nus flentes tetēdimus, mentē stupor occupauit. Post
uero Cyclops uastum compleuit carne humana uer-
trem, lac insuper bībit, & in antrum intra oues se cō-
didit. Mihi uero ex animi magnitudine mecum cogi-
tanti, an proprius accedēs ensem quem ad latus forte
habebā educerem, ac in pectus abi precordia heper
habent perfoderem, manus insuper uincirē. Atānd de-
inde consilium succurrit, quod hoc quanquam succe-
dente, nūbilominus ibidem periremus: quoniam inge-
tem lapidem quem ostio opposuerat, anellere nequaq;
facultas nobis esset. In hac igitur angustia constituti,
anrorā expectauimus: cū uero primum illuxit, ignō-
ille

Cyclops
cirrus soci-
os deuo-
tans.

ille excidauit, oves mulxit, omnia recte. Duos post hec
celios socios similiter allidens, cibo parauit. Coenans
autem extra oves misit, facile reserans magnum auellē-
do lapidem, quem mox tanq; pharetra operculum re-
posuit ne periret. Multo deinde impetu Cyclops oves
ad montem impulsit. At ego relictus erā dira uersans
animo, si quo modo illū inuaderem, cōpotemq; uotim me
Minervā faceret. Hec demū cogitanti sententia uisa
est huiuscmodi potior. Cyclopis enī robusta, ingēsq;
elaua iuxta multoram iacebat, oleagina quidem ac ui-
ridis, quā ut exiccatam ferret īciderat. Hāc nos aspi-
cientes, magne nauis onerarie que per maria uehi-
etur, malo et lōgitudine et latitudine comparauimus.
Ex hac igitur ego incidi quantū est ulna, ac socijs ad
accendū tradidi, quod illi certatim fecere. ego quoq;
famul innixus idem cōtendi, deinde igni admodū prae-
uisi. Postea sub simo, qui per speluncā multus erat ef-
fusus, clām locauī: sed ex aliis sorte educi iuſi, q me-
cum Cyclopis dulci somno quiescētis oculum obelisco
transfigere auderent. Illi uero quatuor, quos ego nō
alios diligere uoluissēm, sorte eduxere. Electus nihil
minus et ego inter hos quintus. Cyclops interea sero
uenit, pastu reducens oves, quas statim in latā impulsit
speluncam, oēs quidem, nulla de more relictā, siue ui-
dens ac prudens, seu quod ita deus uoluerit. Vbi uero
lapidem ingentem attollens apposuit ostio, sedit, oves
caprasq; moechas mulgens, atque omnia recte, subi-

Vlyssis cō-
siliū.

ODYSSEAE

toq; fœtum quilibet repetijt. Postquam uero operas
 absolvit, duos item miserabiles socios similiter capi-
 ens cibo sibi parauit. Tunc ego propè astans, ac ci-
 thum uini nigri in manibus tenens, Cyclopem sic allo-
 quor: Cyclops, en bibe merum, quādo humanas edisti
 carnes, uti uideas qualem nostra carina potum aduc-
 xit. tibi nanq; libabo, si me domum remittēdo mei mi-
 sereberis. Insanus, miser, neque tolerandus, quonā mo-
 do te aliquis h̄ominum aut populorum adibit, quādo
 non recte agis? Sic dixi. Ille uero recepit ac bibit, du-
 ci potionē delinitus grauiter iacuit: meq; rursus ro-
 gat: Da iterum hanc libens potionem, nomenq; tuum
 dicio nūc quamprimum, ut tibi hospitale munus, quo
 maxime gaudcas, præbeam. Nam quāquam Cyclopi-
 bus terra fert uinum præstantissimū, illudq; Iouis im-
 ber adauget, hoc tamen uestrum ambrosiae nectarisq;
 genus est. His dictis, uinum ei è uestigio rursus pre-
 bui. In summa, ter obtuli, ter ille ad suam dementiā bi-
 bit. Vbi uero circum præcordia diffusum, ad mētem
 usque peruenit ebrietas, tunc ego illum blandis allo-
 quor: Cyclops, rogas me nomen inclytum, dicam equi
 dem, tu uero munus hospitale quod promisisti, que-
 tribue. Nulli mibi est nomē, Nullum inquam me pater
 & mater & alij socij omnes uocitant. At ille truci re-
 spondens animo: Nullum ego, inquit, ultimum suorum
 sociorum edam: alios uero prius: hoc nostrum munus
 habeto. Dixit, & illico resupinus cecidit, recubansq;

ac

Vlyss. Po-
lyphemus
uinū of-
fert.

Nullus.

ac crassam protendens ceruicem, iacuit: somnus omnium domitor subiit. Vinum quoque et frusta humanae carnis uorare ex imo gurgite ruuit, mero tandem gravis euomuit. Tunc ego sudem preustam uti caleficeret, sub multa cinere merisi, sociosq; uerbis ne ob metum tergiuersarentur, sum adhortatus. Postquam uero super Sudes oleagina uehementer ignita, et iamiam crema ri uidebatur, tunc ego hanc tuli. Socij uero circa asta bat, quibus audaciam magnus addidit deus. Illi sudem ex me corripienes, sic acutam in summum oculum in fixere. Ego tunc insuper assurgens, eundem ut facilis penetraret, circuolui. Ac ueluti uir aliquis hastam naualem terebrat, alij loro alligato terebram utrunque commouent, illa facile currit, sic tunc nos sudem in oculo circunuerimus. Sanguis autem longe effunditur: cilia palpebrasq; omnis uapor ingens ardente pupilla cremauit: igni quoq; radices rauce resonabant. Veluti cum faber ferrarius securim aut ligonem a dentem in frigidam mergit aquam, magno comurmurata stridore (hoc enim ferri robur aut uis facit) sic oculus sude oleagina transfixus cocrepuit. At ille horribilis questus, proprie saxum exclamauit. Nos aut timentes retrocessimus. Ille sudem infixam ex oculo multo cum sanguine auulsi, quo auulso, Cyclopas alios ingenti uoce clamauit, qui in specubus iuxta uicinos habitabat mortes. Illi, aliis aliunde, audientes accurruit: instates, que apud specum rogant, quidnam triste ei acciderit:

Polyphe-
mo ob
merū ster
tēti eruit
oculus.

i iij Quid

ODYSSEAE

Polyphe-
mus Cy-
clops ad-
vocat.

Quid, inquit, infelix Polyphemus sic clamas per No-
quam redditum ualde cupis, expecta usque in diem cra-
stinum, ut diuinam munera absoluam. De te nanque re-
ducendo cura omnibus erit, præsertim mihi qui popu-
lo presum. Cui Ulysses: Alcinoē, inquit, optime, si me

Arete

Phœacen-

sibus.

Alcinous

Ulyssi.

anno toto hic iusseris manere, deinde auxilium in re
ducēdo præbueris, donaq; dederis, mihi in primis gra
tissimum ualdeq; usui fuerit, si manu ampliore in pa
triā remeabo, simq; propterea uiris omnibus uenera
bilius simul et amātor, qui me Ithacā euntē uiderint.
Alcinous rursus: Vlysse, ait, nos te quidē considerātes
nō quendā deceptorī aut subdolo similē existimamus,
quales tellus diuersi generis homines pascit uaria re
ferētes, unde aliquis nec uiderit. tibi uero & forma
uerborū & mens bona inesse uidetur. Nam apposite,
ut paulo antē cantor, rem oēm & Argeorum & tuos
ipsius labores ordine narrasti. dic queso mihi hoc itē
uere, si quos apud inferos sociorum uideris, qui te ad
Troia tuumq; fatū snt secuti. Noctis adhuc plurimū
restat, nec hora dormiendi. dic igitur mihi diuina fa
cta. Nā ego usq; mane tolerabo, modo tu tuos referre
labores patiaris. Cui Vlysses: Alcinoē, inquit, optime,
hora quidē multorū uerborū, hora itē somni, sitamen
audire cupis, nō equidem narrare miseriora tibi alia
possum, q; meorum sociorum erumnas, qui Troiano
rum ex tumultu clapsi, postea redeūtes, improbae ma
lignantate fæmine perierunt. Igitur postquā Perspho Vlysses de
me animas aliò dispersit, uenit postmodū Agamemno
nis anima mortua quidem, aliocq; congregatae, que cum
ipso in Aegisthi ædibus perierte. Ille uero ubi sangu
nē bibit atrū, me nouit, misereq; flbat, lachrymas ex
imo corde fundēs, ac manus extēdens, me amplecti coe

Vlysses de
Agame
mnonis
umbra et
interiu

ODYSSEAE

nabatur, uerum nō ei firma uis aderat, neq; facultas,
qualem antea in membris flexilibus habuit. Hūc ego
aspiciēs ingemui, ac animo sum miseratus: protinusq;
compellās, sic sum allocutus: Atride uirorū glorioſissi-
me, quod te fatū edomuit, ad mortemq; duxit: an Ne-
ptunus in nauis existentem uentorum aduersorū spiri-
tum uehementem excitādo? an potius iniusti hominis
in terra te boues uel ouiuū pulchros greges inuaden-
tem inuasere, uel de urbe aut foeminis decertantē inco-
modo affecere? Sic ego. At ille: Vlyffe, inqt, nec me Ne-
ptunus in nauibus afflxit, neq; hoīes iniusti in terra
leserunt, sed Aegisthus una cū perdita uxore per insi-
dias, cū me in domum uocasset in coena interfecit, fac-
ut qui bouē in p̄fepi m̄ctat: sic ego exitu miserabi-
li sum extinctus: circa me quoq; alij socij acerbe inter-
fecti ueluti sues fuere, qui in hominis diuitiis ac ualde
potentis uel nuptijs uel pr̄emio seu festo. cōiuio, ut
etiam multorū uirorū tam separatim q; in pugna inter-
fectorum cedibus uersati sunt. Sed & illa maxima tu
consideras animo lugeres, quemadmodum circa cra-
terē plenasq; mensas in edibus accubuimus, pavimento
to subtus sanguine fluēte. Miserrimā audiui uocē Cas-
sandre Priami filie, quā dolosa Clitēneſtrā prope me
interfecit: attamen ego usq; ab humo manus attollēs,
moribūdus ante ensem supplicabā: at illa crudelis ſeſe
subduxit, neq; mihi ad tartara eūti oculos faltem aſ-
os manibus claudere ſuſtinuit. O quam nihil eſt dete-

Cassandra
ordex.

Sauitia
Clytēne-
ſtrā.

rius aut atrocior fœmina, quæ talia in virū facta struit, qualia Clytemnestra, viro qui nullā prius aliam duxerat, necē parans, perpetrauit: quæ ex filiis et ancillis meis libēter se dixit domū uenturā: at cōscia criminis, et sibi et posteris dedecus peperit: lasciuoribus uero fœminis exēplo simul et adiumento impudicitia fuit. His igitur dictis respondi: Heu, profecto Iupiter Atrei genus ob insidias muliebres nimium odio persegitur. Ab initio nāq; plurimi Helena causa periuerimus: tibi uero Clytemnestra dolos procul existēti parauit. Ille uero: Hac, inquit, tu de causa
 Vxori quanquam semper confidere noli,
 Neu facilis uerbum credas quod noueris omne.
 Quedam sed referes animo nonnulla reconde.

Contra uxores.

Verum nequaquā Vlysse tibi uxore mors obtinet. Nam tua Penelope Icarii filia, lōge prudentissima ac sapientissima est. nēpe illam puellā proficiscentes ad bellum reliquimus, natū tunc paruum hubere alebat, qui nunc felix in uirorum numero uersatur: profecto illū pater domum reuertēs aspiciet, illeq; patrem (uti fas est) uerbitur. Mea uero uxor neq; filium oculis aspiciendo exaturari permisit. prius enim atq; illum uiderem, interfecit. Sed aliud tibi dico, ex hoc clā tua nūc mente teneto, ne palam nauem in patriā deducas, quam nō omnia fœminis credenda. Sed quæso mihi uere refer de meo nato, si usquam audieris eum uiuentem esse, an apud Orchomenū seu Pylum, an apud Me-

I v nē

ODYSSEAE

nclau[m] & Spartam: nondum enim uti video, generosus Orestes in terris extinctus est. Ego uero: Atride, inquam, quid hoc me rogas? minime profecto noui, ni-
uāt ne an excesserit. turpe quidē uana dicere. Igitur
nos lachrymantes ac mœsti uerbis inter nos tristibus
colloquimur, ecce illustres ueniant anime, Achillis in
primis, deinde Patrocli et Antilochi & Aiacis, qui for-
ma & corpore omnium Danaū præter Achille præstan-

Achillis tissimus erat. Nouit me autem Achillis anima, ac gemēs
alia Vlyssi. alloquitur: Vlysse miser, quid tibi uenit in morte, aut
maiori nūc inuides operi? quonā modo ad inferos de-
scendere sustinuisti, ubi imbecilli mortui hominū tan-
tū idola afflitorū uersantur? Tūc ego: Achille Achae-
rū fortissime, inquā, ueni ad Tiresiae uaticinū, si quod
ostēdat cōsiliū quo Ithacā reuertar. nōdum enim pro-
pē ad Achaia accēsi, neq; itē mēa attigi terrā, sed cō-
tinue mala patior. te uero Achille nec priorū neq; po-
steriorū ullus beatior. prius enim te uiuū Argai eque
atq; deos honorauimus. Nunc uero hic existens, mor-
tuis rursus dominaris. quāobrem mors tibi excedēti
Achille minime paenitenda. Sic ego. At ille: Ne morte,
inquit, dicas optime Vlysse. malim ego rusticus merce-
de seruire, ac uiro similis inopi, cui breuis sit admodū
& angusta res domi, q̄ oībus mortuis dominari. Sed
quæsonunciū mei nati mihi affer, an prōptus in bello
fit, an cōtrā. Dic itē si quid de Peleo patre audiueris,
si apud Myrmidonas ciu[m]s in honore fit, an per Gre-
ciā

ciam ex Phthiam, quod ille ad senectutem pedibus et
 manibus debilitatus peruenierit, contemnatur. non enim
 ego pugnator sub luce sum solis, qualis quandoque apud
 Troiam Argeos defensitas, forte domui populu. nam si
 talis quanquam brevi temporis in patria domum redire, pro-
 fecto audacia potentesque manus aliquorū refringeret,
 qui per uim illum incomodo afficiunt, aut de honore de-
 hiciunt. Sic ille. Ego uero: De Peleo in qua, nihil audi-
 ui. sed de filio Neoptolemo refera uera, uti iubes, oīa.
 Illum in mezzo nra post Achaeorum disce, sum est Scyro du-
 xi. at quando circa Troianā ciuitatem cōcilia agitabam
 us, semper primus loquebatur, neque uerbis errauit
 unquam. Nestor uero et ego soli contendebamus. sed
 postquam illū expugnauimus, in multitudine turbasque ex-
 eritus non mactat, uerū lōge ante alios audens ac nemici
 cedens, multos hostes ingenti ferocitate interfecit.
 Omnes ego ab eo superatos pro Argeorū salute mi-
 nime narrare possem. Sed et Eurypylū Telephi filium, Eurypylū
Telephi
filius.
 heroa que post Memnonē pulcherrimum uidi, quem fortiter ferro peremit: quem circa socij quoque ingen-
 tes muliercularū causa donorum sunt caesi. Cumque in
 equum quem Epeus fecit, Argeorum fortissimi cōscendi-
 mus, mihi super omnia mandauit, ut equi latebras do-
 losque recluderet ac hasta irrueret. Hic alij Danai prin-
 cipes et duces lugebant, ac ualde metuebant: illū ergo
 nunquam nec gementē neque lachrymis genis insufficientē cō-
 spexi: quis me orabat ut ex equo desilire, ensisque cepu-
 lum

Neopto-
lemus.

ODYSSEAE

lum ac hastam ferro grauem arripuit, exitium Troie
nis animo furibundo intentans. At postquam Priami
urbem euertimus, bonam honorum premiorumq; se-
cum ferens partem, nauem conscendit: ille sus quoque
et minime vulneratus uel in ipsa cominus pugna, et
in bello solet euenire, cum Mars mixtim in prælio fa-
rit. His utring; dictis, Achillis anima postmodū abiit,
longe tendēs per floridum pratum, leta quidem quod
filium illustrem esse audiuerit. Aliœ uero mortuorum
animaæ moestæ cōstitere, deq; his que sunt illis cure, in-
terrogauere: sola Aiacis anima Telamonij procud
abstebat, irata mihi causa uictorie, qua ego in iudi-
cio apud naues de Achillis armis, sum potitus. tulit au-
tem et prudentissima mater, et mihi Troiani adindū
cārunt. Atque utinam me tali certamine contendere
non contigisset. ipsorum enim armorum gratia tel-
lus Aiaceum tale caput contegit, qui et forma et mir-

Vlysses ad tunc ceteris Danais, excepto Achille, prestabat. Huc
Aiacis um igitur placidis compellans uerbis, alloquor: Ajax Te
lamonie, non te fas erat, uel mortuum in ira mecum et-
morū gratia persecuerare, que arma exitialia Argeis
dij dedere, quod ob ea tale nemp̄ munimentum ipsis
perierit. Nos enim Achai tuo priuati eque ut Achil-
lis capite dolamus. Neq; alius in causa quam Iupiter,
qui Danaūm exerceitum odio uchementer est perse-
cutes, te autem supra modū. Sed buc ades o præceps,
ut nostrum audias uerbum, animumq; tuum proter-
vum

yum atque irā places. Ad hēc ille nihil respondit, sed ad alias crebi mortuorū alias sese recepit. Hic nihilominus iratus alloquitur: at ego hunc dimittens, alias aspicere animas sum animo impulsus. Minoēm uidi Io Minos. uis filium, aureum habentem sceptrum, iuraq; defunctis dicentem ac sedentem: neque illum alij sedētes, sed stantes per amplam inferni domū de iure interrogāt.

Post hunc Orionem ingentem uidi, feras per floridū Orion. pratum agitantem, quas ipse in mōtibus desertis peremit, in manibus elegantem robustamq; clauā habēs.

Vidi & Tityum terre filium, humiliacientem periuge Tityus. ra nouem: uultures illum utrinque astantes duo, eius hepar rostro lacerantes doloribus affligebant: at ille manibus resistere prohibetur, quod Latonā louis con-

jugem Pytho uenientem per pulchram Panopeiam tē Tantalus tauerit. Tantulum quoque uidi sēuos habentem dolores, stantemq; in stagno, quod eius ori propinquās ap-

petere sitiens uidetur, bibendi autem nequaquam facultatem habet. Nam quoties senex bibere contenden- Tantalus

des se fletit, toties aqua refugit reluctans: circaq; pedes terra nigra apparet, ubi uī numinis arbores al-

tissime à summo fructus demittunt, onchnæ uidelicet & granata, & mali praelaros ferentes fructus: ficus

item dulces & oleæ florentes: quos dum miser erectis attrectare manibus conatur, uentus ad sidera usque tollit. Deinde Sisyphum uidi diris & ipsum poenis af-

flictum: saxum quoque ingens manu portantem, ac il- lud

ODYSSEAE

lud manibus pedibusq; innixū usq; in montē trudetem. Verū quādo in summū est cacumen prope iā ascēsurus, tūc uiribus ac robore destituitur, ex quo rursus lapis impēdēs ad inferiora cāpi devoluitur. ille iterum corpore protensus atq; innexus, in sublime propellit. Obiter autē ex mēbris sudor fluit: & ex capite puluis excitatur. Post hāc Herculis idolum tātum uīdi. nam ipse cū dijs immortalibus in festis cōuiuīs letatus, Heben secū formosam Iouis & Iunonis filiā bēbens. circa uero idolum extinctarū auī strepitus undēq; fugientiū ac timentiū. Ille uero nocti similis, nudus manibus arcū & in neruo sagittā paratā cōtinue tenēs, oculis grauiter obseruat, ac iaculati similis astatpenes quē horrendū circa pectus scutum erat ac lorū aureum, in quo diuina sculpta sunt opera, urfi, agrestes sues, leones generosi, pugnæ itē & prælia cedesq; uirorū: cui profecto nec simile facturus est, neq; fecit alterum, quicunq; sua id arte cōdidit. Vbi autē ille me

Hercules
Vlyssi.
uidit, agnouit. gemensq; alloquitur: Vlysse Lacriade,
ah miser, aliquod te forte fatum agitat, quēadmodum
& me dum in luce fui. Iouis nāq; filius eram, attamen
erumnas sum passus infinitas. Homini enim longe in-
feriori perdomitus parui, qui mihi dura mādauit et
tamina. me itcm quandoq; huc misit canem debellatu-
rum, neq; alium mihi duriorēm excogitare potuit la-
borē. Hunc tādem uici, ac Mercurio Mineruaq; iuu-
tibus ex inferno duxi. Sic dicēs, ad tartara rursus in

t rō.

trō redijt. At ego firmiter ibidem expectās, si quis ali
us ueniret herou qui dudu pericere, profecto priores
uiros quos cupiebā, aspexi, Theseus Pirithoūq; deorū
filios. sed antē multa defunctorum millia simul magno
murmure conuenere. Me uero pallidus occupauit ti-
mor: ne Persephone Gorgonis caput horrendū mon-
strum ex inferno mihi mitteret: quāobrem statim na-
nē petēs, socios cōscendere ac orā soluere iuſi. Illi ob-
sperauere, trāftris cōſidentes. Hāc igitur per oceanū
undā remi feliciter, deinde proſper uetus detulere.

ARGUMENTVM LIBRI XII.

Narrat ut ex inferno ad Circen redierit, ut Sirenas
præterierit, ac faxa errantia Scyllāq; & Charybdim. de-
inde suæ ipsius nauis ac sociorū interitum, qui boues nō
nullas Solis arripuerent. & ut ipse tantum ad Calypso su-
pra lignum seruatus, incolumis euafit.

ODYSSE AE

LIBER XII.

Postquam uero nauis oceanī reliquit fluminis
undam, in altum pelagus deducta, peruenit
ad insulam Aēcam, ubi Aurora domus cho-
riq; & Solis est oriēs. Hic in arenam ratem
subducētes, in littore descendimus: ac demū cibo gra-
uati, quiescētes, Auroram expectauimus. Cum primū
uero illuxit, ego socios ad domum Circes iuſi contē-
derent, ut Elpenoris extinti corpus efferrēt: ac ē ue-
sti.

Rediſ ab
inferis ad
Circen.

ODYSSEAE

Elpenor
tumulat

Circe pre-
sagia futu-
ra pericu-
la.

stigio uirgulta ad pyram constituendam incidentes,
cum in summa littoris parte mœsti ac lachrymantes tu-
mulauimus. Vbi uero corpus crematum ac sepulchrū
compositum, arma remunq; simul colūne summo tz-
mulo affixa suspendimus. His itaq; hoc modo disposi-
tis, Circē interea noster redditus minime latuit, sed fa-
tim parata cucurrit, simulq; cum ipsa famula cererē
carnemq; multam ac rubens uinū attulere. Ipsa in me-
dio assās, protinus ait: Miseri, qui uiuetes ad inferos
penetrastis, bis mortui, cū reliqui homines semel tax-
tum excedāt: sed iā edite ac bibite rursus in lucē resti-
tuti. Cras enim luce prima nauigabitis, ego uero mā
mōstrabo, singulaq; īdicabo, ne forte aliquo malo seu
tristi consilio uel mari uel terra incommodum sustine-
atis. Sic ait, nos uero persuasi. Vbi uero sol in occidē-
tem inclinavit, accubuimus carnē edētes, ac dulce po-
tantes merum. Postquam uero sol occidit, alij quide-
iuxta nauis rudentes dormierunt, me uero separatim
à socijs Circe manu tenēs in sede locauit, singulaq; in-
terrogauit: ego quoque omnia apposite narravi. Illa
uero: Hec, inquit, omnia sic gesta sunt: tu nūc si audis
que dicam, recordabitur et tui deus ipse. Sirenas prē-
mū fuge, que omnes homines ad eas adeūtes emol-
lire ac demulcere solēt. Quicunque igitur per ignora-
tionem illis propinquabit, seu uocem illarum audiet,
buic domū redeūdi, neque uxoris, neque denique par-
uorum filiorum cura illa ficerit; ita moliter canunt

in

in prato sedentes. Plurimus autem in littore oīiū cumius
lus eorū qui auscultat, circaq; cutes direptae idē signi-
ficātes cōspiciuntur. Sed tu iens absiste. insuper sociorū
aures cera illinito, ne q̄s harmoniā audiat. Tu uero si
uolueris, audi: modò nauis malo manibus ac pedibus
reflū alligauerint, ut illarū uoces cum iucunditate secus
rus attingas. Si autem socios uti te soluāt orabis, illi mul-
to maioribus uinculis te uinciāt. At postquā has socij
preterierint, non habeo uere quod dicā, utra tibi uia
futura sit: tu tantū animo deliberabis, ego utrāque tibi
referam. Hic saxa sunt altissima, hæc usq; maris un-
da rotat, errantia dij uocant. Hic neq; uolatilia, neq;
columbae que ambrosiā loui ferunt, pertransiunt: sed
borum alterū cōtinuo aufertur, alterumq; pater ipse
immittit cunctis apparet: quod quidem adeuntū nul-
la uirorum nauis euitat, sed simul nauium tabulas ar-
magq; & corpora uirorū maris fluctus & seu procel-
le dispergunt. Sola Argo nauis ad ea properans, que
apud Aeetam regem erat, cum hāc pertransiret, euaf-
fit: & ipsa quidē ad hæc impulsa fuisset, nisi Iuno Iaso-
nis amica eam succurrendo trāsmisisset. Duo præter-
ea sunt scopuli, alter ad cœlum usq; tendit, acuta sub-
limitate, nube circū operta caliginosa. Quamobrem
nunq; mouetur, neque unq; ethra in eius cacumine siue
per æstatem, siue per autūnum permanet: neq; item ul-
lus mortalium ascendit aut descendit: non, si ei manus
centū totidemq; pedes essent. In medio scopulo obscu-

Cyanea
saxa.Describit
Scylla &
Circe.

ODYSSEAE

ra spelūca in occidentē spectat, à qua optime Ulyssē na
 uem deducctes tam lōge absistite, quantū ex naue nī
 iuuenis arcum tendens iaculo nō attingat. Hic enim
 habitat Scylla dirū loquens, cui uox quanta catalina
 per nati est. Ipsa monstrū infandum, quam nullus affi
 ciens letari posset: nō, si deus obuiā ueniret. Huic pe
 des sunt duodeni, oēsq; aspectu fœdi, senaq; colla obli
 ga, cui libet horrendū caput, triplici quoq; dentes or
 dine densi ac frequētes, mortisq; pleni. In medio spe
 lunca natat ex diro barathro capita exerens. Quia
 ibidem furibūda delphinas canesq;, & si quod maius
 coete cōtingat, qualia multa mare mittit, expiscatur.
 In hanc igitur speluncā nauē non ita sunt excordes,
 ut cupiant cū naue cōfugere. capite nāq; quolibet mi
 rum ē nauī rapiēs absunit. Alter uero scopulus asper
 etu quidē humilior est, ac saxo similis rotundo, alteri
 quantū arcu tenderes proximus. In hoc igitur capri
 fucus est ingēs frōdibus uirens, sub quo Charybdis ni
 gram uorat aquā. ter enim in die emittit & resorbet:
 horrendū sane. ne tu illic forte fueris cū resorbet, nō
 te profecto Neptunus ipse à periculo liberaret, sed po
 tius Scyllæ scopulo à Charybdi absistēdo propinquā
 bis, cum longe p̄estet sex desiderare socios quām si
 mul omneis. Sic Circe ait. Ego uero: Dic, inquam, dea
 mihi uerū, si quo modo pestilentem Charybdim cuia
 uerim, hanc ego expugnare possim, quando mibi soci
 isq; apta sit nocere. At illa: Niser, inquit, tibi nāq; et
 bcl-

bella & labores curæ fuerint, cum dijs uero immorta
libus minime contendes. Non hoc mortale, sed immor
tale malū est, graue, arduū, inexpugnabile, nulli evita
bile. Si autē contra Scyllam armatus decertabis, caue
ne iterū in te irruens totidem ceruicibus, totidem soci
os tibi eripiat: sed celeriter potius fugā arripe, ac po
tentem Scyllæ matrem preteries uoca, quæ tale genus
ut mōstrum. hæc filiam, ne rursus irruat, procul dubio
sedabit. Post hæc in Thrinaciam ueniens, ubi plurimi
Solis boues, plurime oves pascuntur. septem bouum, to
tidemq; ouium pulcherrimi greges, in quolibet uero
quinquaginta. neq; foetus ex illis ullus gignitur, quod
minime senescat aut intereat. Pastores, deę sunt, nym
phe formosissimæ, Phaëtusa et Læpetia: quas dia Ne
tra Ioui peperit: illas edens & educans mater, apud
insulam Thrinaciam procul habitare iusfit, ac pater
nos pascere greges: quos situ illæfos dimittas, redditū
uobis incolumem polliceor, ac Ithacam quāquam ma
la patiendo peruenietis: si autem læseris, tūc exitium
uaticinor. Sic ait. statimq; aurora apparuit. Circe ad
insulam suam se recepit. Ego uero ad nauem horta
tum socios contendi, uti consenderent ac oram sol
uerent. Illi obtemperantes, in transiris subito conse
derunt, ac mare pulsauere. Circe autem retro uen
tum prosperum, optatum socium nobis immisit: con
tinuoq; arma expedientes, in naui consedimus, quam
uentus & gubernator direxerat. Tunc ego socijs moe

Thrina
cia.Phaethu
sa Lampe
dia.

m ij stus

ODYSSEAE

Vlysses so-
ciis. stus animo dixi: O socij, que mihi Circe diuina pre-
dicta, nō unum aut duos tantum scire oportet, sed omni-
bus refraam, ut plane sciatis in uobis situm esse, ut
nō riamur omnino aut fatum mortemq; uitemus. In pri-
mis sirenarum iubet uitare cantū ac floridum prātū,
me tantum audire. Verum me uinculis firmissimis re-
ctum apud nauis malū uincite. Si aut orāuero aut ins-
fero solui, uos tunc maioribus longe uinculis me pre-
mere mādauit. Hæc igitur omnia socijs memorabam:
nauis interea uento impellente prospero, ad sirenarū
insulam appulsa est: mox uētus posuit, ac serena tran-
quillitas facta, undeq; dei munere sopitæ. socij proti-
nus assurgentes, uela legunt: deinde sedentes, leuibus
remis aquam conuerberant. Ego aut cera magnā ro-
tam en se paulum incidēs, manibus grauibus presi: ce-
ra statim liquefacta, ubi uis magna solis coēgit. Dein
de socijs aures omnibus illeui. Ili uero me rectum ad
nauis malum manibus pedibusq; alligauere. Ipsi congi-
dentes remis mare pulsauere: quando uero tātum ab-
stitimus, quantum uox clamantis extenditur, facile se-
quentes sirenas nauis propè accedens minime latuit.
quamobrem dulcem parauere cantionem:

Catus S:-
cenari. Huc ades o ingens Grecorum gloria Vlysse,
Siste ratem, nostras propius nunc aspice uoces.
Hac iter ingreditur nemo, quin carmina nostra
Audiat, ac dulcis gustet modulamina cantus.
Vnde hilaris tandem, doctus quoq; plura recedit.

sc̄s

Scimus apud Troiam quæ nuper gesta fuere,
Quantæc diuorum Danaic; et Troes ob iram
Pati, per cunctas subiere pericula terras.

Sic igitur locutæ Sirenes, dulcem emittentes harmoniam fuere. At ego audiēdi maxima cupiditate in-
census, solui confessim me iufi nutu supercilij. Illi ue-
to remis magis incubuere, statimq; Perimedes & Eu-
rylochus surgentes, maioribus me vinculis presserūt.
Postquam uero præteriuimus, nec amplius deinde Si-
renarum uocem aut cantum audiuimus, ilico ex auri
bus socij cerā qua eas illeui, abstulere, meq; demū uin-
culis soluerunt. Postquā insulam reliquimus, statim fu-
mum magnamq; undam ac sonitum audiui, quamobrē
ē manibus sociorum timentium remi ceciderunt: mur-
mure insuper magno cuncta circa fluctū strepuere: na-
uis quoq; ibidem hæsit, quoniā ui remos ac manibus
minime urgeret. At ego per nauē properans, placidis
socios uerbis adhortabar, uiritim quēlibet prēsando:
O socij, neq; enim ignari sumus ante malorum,
Oppati grauiora, feri cum dira Cyclopis
Ora nimis miseris mandentia uidimus artus,
Vnde tamen nostra uirtute cuasimus. horum
Vos quanquam trepidi si quid meministis, adeste
Nunc ausu. reuocate animos, mœstumq; timorem
Ponite, dein dictis subito parete uolentes.
Ordine iam transtris iubeo confidere cunctos,
Ac ingens pelagus pulsare, incumbere remis,

Exhorta-
tio Vlys-
sis ad Soci-
os.

ODYSSEAE

Extremam nobis si qua depellere fatum
Iuppiter, aut tanto tribuat superesse periclo.
Teq; gubernator moneo, consurge, uigilq;
Hoc procul à fumo, fluctu quoq; dimoue nauem,
Atque caue scopulum, quo forte impulsa carina,
Exitium fuerit certamq; datura ruinam.

Sic dixi. At illi statim obtēperauere. Ego uero non
dum illis Scyllae monstrum, ne inutilem obijcerem tri-
stiam, manifestaui: né ue timentes à remigatione de-
sisterent, sese intus tuendo ac muniēdo. Tunc ego Cir-
ces quidcm tristis mandati obliuisci sum uisus, quod
me armari non iusserat. arma nibilominus protinus
induens, ac duas in manibus longas arripiens bastas,
ed nauis accessi proram. Vnde mihi Scyllam appare-
re pertimescebam, exitium nobis allaturā: neq; tanē
aspicere potui. Mibi nāq; quoquò uersus saxum illud
in ponto contuenti oculi dolebant: quamobrem maris
angustiā flentes ad nauigauimus. hinc enim Scylla, ex
ex altera parte Charybdis, horrendum maris fluctum
resorbet, quandoq; uomit, ut lebes aque in multo igne
commixtum remurmurat. Alga enim ex alto sublate,
in utrung; scopulum cadit: at quando maris unda in-
tus conuoluta resorbetur, circa saxum grauitet mu-
git, terramq; supra ceruleā ostēdit arenam. Nostros
autem pallidus occupauit timor, coramq; spectatibus
nobis exitiū, Scylla sex socios uiribus fortissimos cor-
ripuit, quorum in sublime erectorum pedes ac minus

Appropi-
quant
Scyllæ &
Chary-
bdi.

Sexto
et Scylla
denorati.

agnos-

agnoni, qui me in postrema moesti calamitate nomina-
tim vocitabant. ueluti cum piscator in prominenti sa-
xo logo baculo paucis piscibus dolum in aquam mit-
tens, in pontum cornu bouis projicit, deinde palpitan-
tem dextra trahit: sic illi palpantes in sublime ad sa-
xa erecti sunt, quos ibidem in foribus illa devorauit:
manus uidi in graui supplicio tendentes. Miserrimum
ergo illud oculis aspexi omnium, que errando per ma-
ris vias passus sum. Postquam uero saxa euasimus, gra-
uemq; Charybdim ac Scyllam, statim in Solis nobilcm
insulam uenimus. Hic boves pulcherrime, multe q; oues
Solis erant. Tunc ego per mare iens, cum mugitu ba-
latumq; simul in caulis existentium audirem, Tirefia
uatis pariterq; Circes, que mihi multa mandauit, uer-
bi sum recordatus, ut Solis insulam uitarem: quāobrē
moestus animo, sic socios sum allocutus: Audite socij, q
cunq; mala mecum pauci estis, ut uobis Tirefiae ac Cir-
ces, que mihi plura praedixit, uaticinium referam. In-
sulam Solis nobis euitandā monuerūt, hic malum gra-
uissimum fore. Quare procul ab insula nauem dirigi-
te. His auditis, animo fracti corruerunt, statimq; Eu-
rylochus me tristi affatur sermone: Durus es Vlysse,
robore membrisq; indefessus. nam tibi profecto cun-
cta sunt ferrea, qui socios labore somnoq; pressos in
terram descendere non finis. Hic nanque in Amphi-
rites insula prädium molliter attingemus: sed tu fru-
stra per noctem nos procul ab insula in ponto errare

Thriaci
insula sed
lis.

Eurylo-
chus Vlys-
se.

ODYSSEAE

lubes. Ex noctibus siquidē seu sunt uenti nauibus in-
commodi. quonā modo quæso aliquis exitiū uitabit, si
subita uenti procella irruerint, uel noti seu zephyri,
qui maxime nauem uel dijs ipsis inuitis dispergunt?
Quamobrē nocti iam cedamus, epulisq; apud nauem
marentes accingamus: cum primum illuxerit, soluen-
tes per altum tendemus. Sic ait Eurylochus, alij quoq;
assensere. Tunc ego procul dubio noui mala nobis à
deo parari. quare illū cōpellans, sic sum allocutus: Eu-
ryloche, profecto mihi uim soli existēti affertis. oēs ta-
men mihi prius iurate, si quem boum aut ouium gre-
gem inueneritis, ne quis temeritate fretus, bozem uel
ouem perimat: sed cibum quem Circe nobis prebuit, li-
benter edite. Illi statim parentes, uti iusfi, iurauerunt: de
inde nauem in curuum portum subducētes, apud dal-
ces aquas è nauī exilierunt, mēsis deinde accinxerūt.
At postq; est amor cōpressus edendi, memores fati mi-
serorum sociorū, quos Scylla è nauī cripiens uorauit,
grauiter flebāt. Plorātibus igitur illis somnus dulcis
irrepit. Noctis aut initio apparētibus astris, Iupiter
uentum procellosum cum turbine immenso excitauit,
nubibusq; terram cēlumq; clausit, nox è celo ruit. cū
primum illuxit, nauem trahentes in curuum specu ap-
pulimus. Hic nympharum cho ri recessusq; pulcherrī
mi. Tunc ego cōciliū cogens, sic sum allocutus: O so-
ciij, in hac insula esculent & poculenta sunt. tantum
moneo à bubus abstineamus, ne quid incōmodi patia-

Vlysses
Eurylo-
cho.

Vlysses
monet ut
gregibus
Solis abs-
cincant.

MUR.

sur. ha nanq; boues ouesq; Solis grauis dei sunt, qui
 cuncta cōspicit atq; audit. Ad hec illis persuasis men-
 scit totum notus cōtinuo spirauit, aliis aut uentorum
 prēter eurum et notū nullus solebat. Illi uero donc
 cererē uinumq; rubrum habuere, tunc uictum optin-
 tes, à bubus abstinuere. sed quando nauis omne uiati-
 cum est absumptum, tunc necessariam errabundi prae-
 dam sunt sectati, pisces, ouesq;, curuis quidem hamis,
 quicquid ad manus ueniret, uentrē urgēte fame. Tūc
 ego ad insulā secessi, ut dijs uota facerē, si quis mihi ui-
 am redeundi mōstrareret. Per insulā itaq; procul à so-
 cijs lauare manus ibā, ubi tegmen à uētis tutum erat:
 ibi q; dijs omnibus supplicaui, qui mihi dulcē oculis so-
 porēm misere. Eurylochus interea malo consilio soci-
 os alloquens: Audite me, inquit, uiri, quanq; mala pati-
 entes. mors nāq; omnis misera miseria est mortalibus:
 attamen fame perire, miserrimum. Nunc agite ex bu-
 bus Solis optimas auertite, dijs immortalibus sacrifi-
 cemus. Si autem Ithacā in patriam terram peruenie-
 mus, pulchrū Soli templū construemus, ubi statuas no-
 biles ac multas dicabimus: si forte iratus ob boues na-
 uem perdere uelit, alij sequentur dij. Malo enim semel
 inter undas animam perdere satur, q; in insula deser-
 ta existens, fame corrūpi. His alij dictis assensere, ac è
 uestigio Solis boues auertētes, de propinquō(nō enim
 longe à nauī pascebant) dijs uota nuncupantes obtu-
 lere: frōdesq; ac ramos quercus propterea cogētes,

Violat S.
 ceptū su-
 Eu Eurylo
 chia.

ODYSSEAE

cum ordeo in naui carerent. Has igitur postquam sup-
plicarūt jugulauere, ac tergora costis diripuerere: cō-
tra deinde incidentes, nidore operuerūt, bifariam dis-
partiendo, ac crura ponendo. unum fundere in ardē
tibus sacris de more non habuerunt, sed aqua interi-
ora omnia coxerunt. At postquam crura adolevere,
et uiscera extenderunt, minutim alia inciderunt, ue-
rubusq; trementia infixere. Tunc igitur à somno ex-
citatus, ad littus protinus cōtendi. at ubi naui appro-
pinquaui, nidoris uapor dulcis ad nares sc̄se obtulit
meas. Ingemens ego deos tunc immortales oraui: lu-
piter pater, alijsq; dij, quid me in hoc incommodum ix-
imico somno induxit? en socij magnum facinus agi-
tantes sunt aggressi. Interea Lampetia uelox nuncia
Soli uenit, quemadmodum nostri socij boues interfec-
cissent. Ille statim animo iratus, deos sic alloquitur: lu-
piter pater et alijs dij, plectice Vlyssis socios qui meos
perimerūt boues, superbum sanc, quibus ego siue ascē-
dens in cælum, siue è cælo rursus in terram cōuersus,
profecto lætabar. Si enim mihi boum damna ex æquo
non pensabunt, meam omnino ad infernum ac mortu-
os lucem afferam. Cui Iupiter: O Sol, inquit, tu et dijs
et hominibus super terram nihilominus lucebis. Ho-
rum ego nauem fulmine argete subito feriens, in me-
dio ponto abrumpam. Hæc ego à Calypso accepi, que-
sc̄ audijisse à Ioue dixit. Vbi uero ad n̄suem perueni,
hinc inde socios prensando obiurgaui. Sed iam reme-
diū

Soli injuri-
am Ioui
conque-
stus.

diū nullum inueniri poterat, cum iam bœus interijs-
 sent, quibus subito dij portenta ostenderunt. Pelles
 enim iam direptæ serpebant, carnes coctæ crudæq; in
 uerubus mugitus more boum edidere. Senos igitur di-
 es socij in edendis bubus Solis, quas abstulerant, con-
 sumpsere. Septimam uero diem postquam Iupiter ex-
 citauit, uentus posuit, tempestas desuit. Nos rursus na-
 uem repetimus, malum erigentes, uela pandentes. Vbi
 uero insulam reliquimus, neque alia amplius terra ap-
 paruit, sed cælum undique et undiq; pontus: tunc ob-
 scuram nubem Iupiter supra nauem statuit, ex qua
 pelagus tenebris obductum. Nec multo post tempo- Tempestas:
 re Zephyrus stridens cum procella irruit ingenti, sta-
 timque seu uenti tempestas utrosque rudentes diri-
 puit. Malus igitur ipse retro cecidit, arma denique
 omnia in sentinam diffusa corruerunt: quorum moles
 gubernatoris in prora existentis capitis ossa pre-
 cipitando fregerunt. Ille ouicula similis, intra tumu-
 li sedilia cecidit, ac spiritus ossa reliquit. Iupiter si-
 mul intonuit, nauem fulmine percussit, ex quo tota
 soluta, ac sulfure plena apparuit. Quapropter socij
 ex ea cecidere, ac cornicum more circa nauim undis
 cerebantur. Deus enim redditum nobis inuidit. Ego
 per nauem ferebar, cuius munimentum carine solue-
 rat tempestas. Hanc tenuem portabat fluctus. Dein-
 de malum usque ad carinam fractum, in quo bubule
 pellis vinculum erat aptatum. Cum hoc igitur am-
 bos

ODYSSEAE

bos simul & malum & carinam cōposui. Supra hoc
itaque sedens ego aduersis ferebar uentis. At ubi re-
phyrus desit, subito notus irruit, meo pariens animo
tristitia. Itaq; nocte tota ad exitialem rursus sum de-
latus Charybdim. Oriēte aut sole, ad Scyllæ scopulum
Charybdimq; dirā impulsus sum: hæc maris aquā re-
sorbuit. At ego ad altam caprificū superne sum ar-
reptus, cui uehementer innixus ueluti uesperilio adbe-
rebā: nec facultas propterea aut pedes stabiliter fir-
mandi, aut ascēdendi fuit. radices enim lōge serpebāt,
rami quoq; in sublimē recedebant, ita ut proceritate
Charybdi obumbrarēt. Aegre aut adherebā, quod
illa rursus mālū & carinā uorauerat. cupienti tandem
mihi serius reuersa sunt. ut quādo uir è foro ad pra-
diū redire solet, qui multas litigantiū iuuenū contenti-
ones iudicat & cognoscit, sic tunc demū ligna hæc ex
Charybdis ore reiecta apparuerūt. Ego uero me tūc
pedibus manibusq; projectis ad inferna demittens, so-
nitu ingēti in ipsoru medio cecidi: in hisq; confidens,
manibus proprijs ea diuidebā. Scyllā uero Iupiter nō
adhuc uidere dedit: nec propterea exitiū omnino ef-
fugi. Hoc igitur modo diebus nouē sum delatus, deci-
ma uero nocte ad insulā Ogygiam dūj propinquū red-
didere. Hic Calypso grauis eloquēsq; dea habitabat,
quæ me magnopere & amauit & fouit. Sed quid hæc
tibi reliqua narrē, quæ hesterna die in ædibus recen-
sui: mihi nāq; molestū, rursus apposite dicta repetere.

Vlysses de
nō i cha-
rybdi mi-
sere im-
pellitur.

Vlysses ad
Calypso
deferritur.

ARGV

ARGUMENTVM LIBRI XIII.

Dormientem Vlyssem Phæacēs cum donis in Itha-
cenſium terram exponunt, ac ipsorū nauem reuertentē
Neptunus in lapidem conuertit. Minerua quoq; apud lit-
tus cum Vlysse de cæde procorum agit, theſauros in ſpe-
lunca abſcondit, ac Vlyſſem in ſenem conuertit.

ODYSSEAE

LIBER XIII.

Sic Vlyſſes ait. Omnes uero ſilentium tenuerunt,
ac per amplas ædeis letabātur. Alcinous re-
ſpondens: Vlyſſe, inquit, quādo meam domum
petiſſti, ſi mala paſſus es multa, non puto dein Alcinous
Vlyſſi &
Phæacib⁹
ceps amplius errabis. Ve ſtrum aut̄ quilibet amantib⁹
mi, qui in ædibus meis uetus & rubrum cōtinuo uinum
bibitis, ac poētæ cātum auditis, hæc dico, quem admo-
dum uestes & aurum uarie laboratū, aliaq; cūcta do-
na; que Phæacenſium ſenatus huic hospiti tulit, in arca
ſita ſunt. At nos tripodem in ſuper magnū lebeteq; ui-
ritim demus: preterea congregati per populum oēs,
cū honoremus. Difficile ſane, unū omnia ac dotē quo-
dammodo muneris loco poſſe dare. Sic ille. Omnibus
ſententia placuit. Itaq; domum cubitum eunt. Cum ue-
ro primū illuxit, nauē qua hospitē deducturi erant, im-
pleuerunt: ferrum, instrumentumq; ad eam trahendā
adhibuerūt. Et hæc quidem probe Alcinous aptauit:
nam ipſem per iuga uadens, ne quis nautarum festi-
nan

ODYSSEAE

vandi gratia remis nauem læderet, respiciebat. Illi ad eaeis epulasq; Alcinoi uenerūt, qui bouem Ioui in pri mis omnibus imperanti obtulit: crura uero crematæ conuiue, hilariter ederunt. Inter quos diuinus poëta cecinit Demodocus, populis in honore habitus. at Vlys ses quòd redeundi studio solicitaretur, sèpe caput ad solem fulgentem uertebat, iam occidere maturius cipiens. ueluti uir, cui totum diem boves aratrum in nouali traxerunt, ad mensam denique ire cupienti libenter sol occidit, euntiq; genua labant. Sic Vlysses auide solem occidentem expectabat: statimq; Pheacæs, ac in primis Alcinoum est allocutus: Alcinoë rex populi rum, libate iā & me dimittrite. uos quoq; ualete, quando que animus cupiebat, sum probe asscutus, redacti

Digressus
Vlyssis ab
Alcinoo.

onē uidelicet & chara munera, que utinam dij fortunent, & optimā domi cōiugem oīum filijs in columibis reuertens inueniam. Vos autē remanentes exhilarate coniuges ac liberos. dij uero uirtutem tribuant ammodam, ac nullum publicum patiātur malum. Sic ait. Omnes uero letati, iussere hospitē deduci, quādo probelocutus est. Tunc ad præconē Alcinous uersus: Pōtonoë, inquit, merū fundens, craterem per eaeis omnibus præbe, ut loui libantes, hospitē in eius patriam reducamus. Ille dulce sumēs uinum, omnibus uiritim dedit. qui postq; dij libarunt, è sedibus surrexerunt. fuit rex it & Vlysses paterāq; Arete manibus præbuit, ag- g; illā compellās: Salut, inquit, regina, doncc sanctus

tient ac mors. Hec enim inter homines existunt communia. Ego enim reuertar, tu uero in domo tua cum tuis populis letabere. Sic dices, humi fudit. Alcinous con festum preconi ut illum ad nauim deducat mandauit. Arete uero simul famulas misit, quarum altere pharum ac maculis purgatum ac tunica, altere arcu ferendam praebuit, alia cererem, alia uinum rubrum portabat. Postquam uero ad mare peruenierunt qui reducebant uiri, esculpta et portulenta suscipientes, in nauem collocauerunt: in eiusdemque pa samento in parte puppis Ulysses stragula linea; strauerunt, ut Nullus cubaret. Igitur ipse in primis descendit, cui dulcis et alta quies, placidæque simillima morti, pa latim ad oculos irrepsit: ceteri circa transitra ordine considerunt: oraque ex cauo lapide soluentes, remis in cumbentes, ac temonem dirigentes, mare findunt. Ac ueluti in capo equi mares quadrijugi oes simul flagelli uerbere impulsi, alte se attollendo uiam facile secant, sic puppis eleuabatur, unda retro maris nigricas currebat. Sed nec circus quis leuisimus ullo modo consequeretur, adeo uelociter ac secure potum illa pertransiendo secabat, hominem ferens diuorum prudentiam habentem: qui prius quidem multa est passus animo, ærumnas et hominum bella et tristes undas, tunc oblitus laborum quiete dormiebat. Vbi uero lucifer, astrum quod maxime aurora nuncius uenit, apparuit, tunc insulae nauis propinquauit. Phorcynis quidem portus est marini sensis in populo Ithacensi, duo quoque littora prominuntur.

Vlysses
dormiens
reducitur
a Phæacē
sibus.

Cōgatio.

Circus ac
cipitris
genus.

Phorcynis portus
descriptio.

ODYSSEAE

tia prærupta ad portū usq; protensa, que à ventis re-
hementibus magnos fluctus arcet atq; obtegit extrā
intrā uero sime uinculis naues incolumes manet, qua-
do ad finem itineris uenere. In portus autē capite oki
est, iuxtaq; antrum amoenū obscurum, nymphis sacri-
sū, que Naiades uocātur: ex una parte crateres sunt
Et amphoræ lapideæ, ubi apes nutruntur: ex alteri
tele lapidæ oblongæ, ubi nymphæ tunicas purpuras
(mirabile uisu) contexunt: ex altera aque perennes.
Due illi sunt portæ, una quidem in boreā homines du-
cens: altera uero diuinior, ad notum pertinet: neq; ho-
minibus accessa, sed diis. Huc igitur, cōsiderato prius
loco, nauē impulimus: que ita remigū manibus arge-
batur, ut spatia medietatis eius terre celeriter pro-
pinquādo impelleretur. Illi protinus ē nauī descende-
tes, primū quidem Vlyssem sustulerūt, ac cum liniis O-
stratis ornatis quibus cubabat, dormientem in arcu
posuerunt: deinde per Mineruā opes tulere, quas ho-
ni Phæacēses ei domum reuertenti dedere: Et has qui-
dem cōgestas sub olea iuxta uiā posuere, ne quis uia-
tor priusq; Vlysses surgeret, inuadens auferret. Phæ-
acēses autē his gestis domū reuertterunt. At Nepiu-
nus ira minarū ue, quas Vlyssi dudū intentauit, mini-
me oblitus est. Iouis itaq; cōsilium prius his uerbis sci-
fitatur: Iupiter pater, iam ego inter diuos deinceps
nullo ero in honore, quando mortales Phæacēses me
nequaquam uerentur: qui contra ea que mihi annueris

Vlysses ad
uehitur
Iehacā so-
poratus.

Neptun^o
indignat
Vlyssē: e-
stiuū et
paruit.

de Vlysse multa passuro, nunc planè redeundi facultatem ei præbent: ac in nauis opitum ferentes in portum Ithacam remisere, insuper donis ingentibus onerare eris auriq; satis: uestem quoque intextam, multaque alia tribuendo, que neq; Vlysses ex Troia tulisset, si in columnis cū parte sue prædæ uenisset. Cui Iupiter: Heu Neptune, quid ais, inquit. dij te nequaq; spernūt. durum profecto fuerit, antiquissimum & optimum dæ uorum contemnere. Nam mortalium aliquis iure potentiae ac reverentie cesserit nostræ, tibi uero in posterum ultio fuerit. Cui Neptunus: Utinam ego Iupiter, inquit, ita ut ais, agere possem, sed tuam continuo iram obseruo atq; uito: nunc uero quando licet, Phæacensium nauem pulchram ex reductione redeuntem ubi tam tenetur, deuastare decreui, ac in magnum conuertere montem urbi occubantem, luminaq; obstruētem, ut planè discant à reducendis hominibus abstinerere. O quam pulcherrimum, inquit Iupiter, mihi uidetur, quando oës appulsam ab urbe prospiciēt in lapidem nauis similem conuersari, terręq; propinquam, ab ingenti præterea mōte circa urbem subito claudi: magna profecto admiratione tenebūtur. Attamen hoc Neptunus: Scheriā ubi Phæacenses orti sunt contēde, hic nauis facile insecura cōstituit. Neptunus igitur nulla mora proprius accedens, in lapidem eam conuertit, & radicitus firmauit manu prona impellēs. Idem deinde disparuit. At Phæacenses stupefacti, sic alterutru

Phæacii
nauis in
saxum cō
ueritur.

ODYSSEAE

dicebant: Heu quisnam nauem domū reductam in porto stabiliuit. in saxum tota nunc ecce prominet & aparet. Hos igitur hoc modo mirantes atque ignaros, ut res gesta erat, Alcinous sic affatur: Heu quām hec antiqua uaticinia patris mei uenerunt, qui ait Neptum nos admirari solere, quod omnibus itineri auxilio simus, propterea quandoq; futurum, ut nauis que officium huiuscmodi prestitura est, in ponto destruenda esset, ac in montem conuertenda ciuitati occubantem. Nunc uero omnia apparuere. Quamobrem quae dico, cuncti auscultate: Desistite iam hospites, si quis uestram deinceps petit urbem, uiatico prosequi, ac Neptuno tauros duodenos electos sacrificemus, si forte misereatur. Sic ait. Illi uero perterriti, iussa statim fecerunt. Dumq; Phaeacēsum principes apud arā stantes uota Neptuno facerēt, Ulysses ē somno experclus est in terra patria: quam, quod diu ferret absens, minime cognouit. Nam dea obscura illum nube circumfudit, ut ignotum redderet: singulaq; monuit, quod non illum uxor, nec ciues, neq; amici prius agnoscerent, quām omnium procorum iniuriam plecteret: quamobrem aliena specie cuncta ei uidebantur, semite difficiles, portusque nauibus excipiendis apti, saixaq; alta & arbores florentes. Itaque suspensus animo constitut, in terramq; patriam aspexit: mox ingemens, ac manibus crus sibi conuerberans, ait: Heu in quorum ego mortalium terram incidi. iniusti ne sunt

Vlysses
non co-
gnoscit
se in pa-
triā ue-
nisse, nec
ā suis co-
gnoscitur

¶

& agrestes, an hospitales & deos fasq; colentes? quod
 ego nunc opes multas fero? quo nunc erro? utinā apud
 Pheacenses mansisset. Ibi namq; aliquē regū profecto
 adiussim, qui me iuuans reduxisset. Nunc ubi sim ne-
 scio. illic applicare dubito, ne præda sim alijs. Heu nō
 omnia scimus, nec iusti erant Pheacenses principes,
 qui me in alienam deduxere terram. At se Ithacam de-
 ducturos dicebant, quod minime fecerūt. Iupiter eos
 plectat, qui supplicibus præst, qui uecinos afficit hos
 homines, quicunque peccant. Sed & opes recensebo, ne
 qui uenientes ex naui auferāt. Sic ait, ac tripodes pul-
 chros, lebetesq; & aurum, uestes item arte laboratas
 numerat, quorum nihil desiderauit, tantum patriā spe-
 flabat, ac per maris littus ambulādo magnopere que-
 rebatur: cum subito ex propinquo Minerua superue-
 nit, juueni tenero opilio assimilata, quales domino-
 rum sunt filij, ueste induta elegantē ac circa humeros
 reuocatā, pedibus aut pulchra calceamenta & manus
 hostile retinens. Hanc Vlysses conspiciens, latatus est:
 atq; obuiā procedendo illū cōpellans, ait: Heus amice,
 quādo in te primū incidi in hac regione, salue: ne que-
 so sis malo mihi obuius animo, sed hæc serua: me item
 serua. te nāq; uti deum obsecro, tuaq; genua supplex
 peto, hoc mihi uere dic: quānam hæc terra, qui popu-
 lus, qui homines habitat: an aliqua insula clara? an lit-
 tus aliquod maris fertili adiacet telluri? Illa uero re-
 spondens: Ineptus es, inquit, hospes, seu procul hinc

Minerua
Vlyssi ap-
paret.

De Ithace
sis terræ
natura.

ODYSSEAE

Dissimu-
lās se esse
Vlyssē, fin-
git causā
aduentus

ucnisti, si hanc terrā ignoras. Non adeo ignobilis est.
Nōrunt enim eam quicunq; apud orientem solē, quāq;
ad occidentem habitat. Aſpera uempe eſt, neque equis
apta ferendis, uerum frumento uinoq; utilis: hic imber
continuo rosq; uirens: insuper capris bubusq; acco-
moda pascēdis, sylua omnimoda, irrigationes toto du-
rantes anno, adſunt: quā obrem Ithace nomen ad Tro-
iam uſq; penetrauit, quam longe ab Achaeorum terra
dicunt eſſe. Hæc ubi audiuit, gauſus Vlyſſes patram
ſuam hanc eſſe, Mineruam rurſus cōpellans, compoſi-
tis alloquitur uerbis, aſtutam cōtinuo mētem in petto
re uerſando: De Ithaca iam cū eſſem in Creta procul
audiui: nunc ueni & ipſe cum his opibus, tantundē ſu-
lijs relinquens. Fugi, quod Orſilochū Idomencij filium
interfeci, ita cursu celere, ut in Creta uiros explori-
tores pedū uelocitate ſuperaret, quoniam me preda
Troiana priuare uoluit, cuius gratia multa ſum paf-
ſus, & uitrorū bella & ſeuas undas expertus: quā ob-
rem eius ego patri ut gratificarer, apud Troiam mi-
nime fui comes, ſed alios mecum duxi ſocios. Hūc igitur
Orſilochū ego cum ſocio ex agro uenientem prope ni-
am per inſidias ferro peremī. Nox erat obscura, ful-
lūsq; propterea nos nouit: quo interfecto, protinus uia
uem Phœnicū conſcendi, quos uti placabiles redderē,
præda impertij. Hos rogaui uti me Pylum aut Elidem
ubi Epej dominātur, deducerēt. Sed profecto illos in-
de uis uenti ualde coactos, ac minime decipere uolen-
tes

tes auertit. Vnde nos huc errando uenimus, nocte magno studio in portum appulsi, nec ulla nobis quamuis egentibus coene memoria erat, sed de naui descendentes iacuimus. Hic me fessum dulcis inuasit somnus: at socij de naui obiter meas opes ferentes, ubi ipse in arena cubabam, posuerunt: statimque rursus nauem conscedentes, Sidoniam ad nauigaram: ego tamen modestus animo remansi. His ab Ulysse dictis, Minerva risit, quae corpore quidem mulieri pulchrae ac operum pulchrorum scienti similis apparuit, atque illam cōpellans, sic ait: Astutus nempe foret nimiumque uafex, qui te in omnibus dolis præteriret, uel si deus congrederetur: o nefande, uerfuta uariaque mente. His tu deceptionibus uerbisque callidis, quae tibi radicibus amica sunt, saltē in patria tua desinere ac supersedere debueras. Non igitur hec amplius inter nos, cum probe nōrimus ambo dolos et astus: quoniam tu dolo et consilio et eloquacia inter mortales prestatas, ego uero inter diuos nulli astutia cedo. Nonne Minervam nostri Louis filiam, quae in cunctis laboribus tibi semper astiti, te item Phæacensibus amicum reddidi? Nunc uero huc ueni, ut tibi consiliū subdam, opesque quas tibi Phæacenses reuertenti meo cōsilio dedere, abscondam. Te autem moneo, ut omnia que tibi fatum ferenda domi dederit, equo animo ac necessario feras: neque ulli mortalium, siue uiro, siue foemine dixeris, quod peregre ueneris errabundus, sed tacita cuncta patiaris, uim etiam uirorum tolcrando. Cui

Minerva
Ulyssen
increpationis
diffimulacionis.

n. iiiij. Ulys

ODYSSEAE

profecto, inquit, Agamemnonis exitium me domi subi-
turū video, nisi tu dea singula apposite mibi referas.
Sed & te consulō, quonam modo eos plectā, penes me
ipsa consiste, mentemq; & audaciam suffice, qualē
cum Troie euerimus moenia. si deniq; mībi adfis Mi-
nerua, cum trecentis ego hominibus certauero. Ego
quidem adero, inquit Minerua, nec me desiderabis, si
hęc cūre sunt nobis: speroq; huiuscmodi procorum
mēnsam, qui tuam rem edunt, sanguine cerebroq; me
fēdaturam. Interea te omnībus mortalib⁹ ignotum
reddam. Corpus enim hoc tuum formosum, siccum in
membris flexibilibus constituā, flauas itcm ex capite
comas perdam, tēq; ueste induā linea, ut qui uiderint
habentem, horreant: oculos denique pulchros antea
fēdabo, ut plane omnībus procis & uxori & filio,
quem domi reliquisti, turpis aspectu uidearis. Igitur
primum subulcum conueni, qui tuorum est porcorum
custos, alioqui tui amantissimus, tuumq; filium et axo-
rem diligit. Offendes eum suib⁹ absentem, que pa-
scuntur iuxta Coracis saxum ac fontem Arethusa,
glandem edentes dulcem, et nigrā potantes aquam,
que res copiosum suib⁹ abdomen suggerunt. Hic tū
mane, tuncq; absentens percontare. Ego uero spor-
tam obiter ibo tuum filium Telemachum uocatum, qui
Lacedēmoniam ad Menelaum est profectus uestigia-
tum ex tua gloriæ fama, sicubi esset. Cui Ulysses: Non
omnia, inquit, que mente tenes, proculdubio dixisti,

an ille errando labores usquam patiatur: eius certe substantiam alij absumunt. At illa: Ne tibi sit is curæ. Ego nanque, ait, ipsum ad famam fibi bonam comparandā eò deduxi: sed & sine angustia ulla est, libensq; in Atride confidet ædibus, ubi res suppetunt. Proci autem iuuenes cum naui profecti, in insidijs collocati sunt, ut cum priusquam in patriam reuertatur, interficiant: sed hoc euenturum minime puto, quin potius aliquem procorum terra retinebit. Sic locuta, baculo protinus eum preßit, corpusq; formosum cum membris aridum reddidit, flauas ex capite comas perdidit: circaq; cutem ueluti senis antiqui per omnia membra effecit, oculos antea pulchros in honestauit: uestem deinde ipsam laceram & tunicam foedam fumoq; inquit am induit, suprà quoque cerui pelle addidit: præterea tenue baculum, uilem peram undique laceram, et gladium contortum ferebat. Ambo deinde postquam inter se consultauere, diuisi sunt. Minerva quidem La ccedemoniam ad Vlyssis filium est profecta.

Mutatur
Vlyssis ha
bitus-

Minerva
ad Tele
machum
profici
tur.

ARGUMENTVM LIBRI XIII.

Vlysses in agro apud Eumëum subulcata diuertit, & maria quedam colloquio Vlyssis aduentus ad eudem ser monesq; fiunt, scipsum disfumulantis, & gesta quedam narrantis.

n v ODYS-

ODYSSEAE

LIBER XIII.

VLYSSES igitur ex portu uiam locum
nemorosum per iuga motium ingredi-
tur, qua parte Minerua subulcus est
predixit, qui seruis preerat domesfus,

Eumei. quos Vlysses posidebat. Hunc in domus uestibulo re-
domus ad perit, ubi ara in septo edificata loco sublimis, magna
quem di- et rotunda erat, quā subulcus ipse absente domino sine
uerit V- hera & Laerte politis ex lapidibus extruxerat, ac
lysses, de- scriptio. mundā planāq; reddiderat: extrinsecus uero palū de-
sis circūclat rauit. Intra uero stabula duodecim fecit
inter se propinqua suibus cubilia: in quolibet uero se-
es quinquaginta cubitātes foemine ac fœtæ, mares at
tē lōge pauciores, quos procī cōtinuo edētes dimic-
bāt: cū semper eis melior ex omni grege delectus à su-
bulco premitteretur. nā centū et sexaginta erāt. Pre-
terea canes quatuor feris similes inuigilabant, quos
subulcus nutriebat. Ipse aut̄ pedibus calceos aptanit
ex pelle bubula ualde colorata excisa. Tres ab ierui
eū suibus pascendis hue illuc per agros abierāt, quer-
tū uero ī ciuitatē misit, suē necessaria procis ferentē,
ut sacrificātes carnibus appetitu explorarent. Cenes
interca ubi Vlyssem widerūt, cōfestim baubātes cucur-
rerūt. Vlysses uero astu cōstitit, ac ingēti affecto mole-
stia, iuxta suū stabulū, baculū de manu excidit. Verū
su

Subulcus ueloci passu ad stabulum irruit, ac elapsa de
 manu scutica, canes increpando frequentibus saxis, aliis
 alio fugauit. Ad Vlyssemq; uersus: O senex, inquit, pau-
 lominus quin te canes discerpserint: mihi propterea
 suspitionis nota inflixisses, cum alia mala mihi dede-
 rent dij. sedeo namq; moestus ac lugens dominum meum, alijs
 pasco suos. at ille indigus cibi, apud hoies populosq;
 alienos errat, si tamen uiuit ac uestitur solis luce. Sed
 iam sequere senex, subeamus tegetem, ut ipse postquam
 cibo potuq; expletus fueris, dicas cuias es, aut quos
 sustines labores. Sic dicens Eumeus, procedens, eum
 in sedem introduxit, densaq; humi uirgulta fudit, syl-
 uestris quoque capre pellem ingentem atque crassane
 stravit. Vlysses uero ubi se exceptum uidit, ualde ga-
 uisus atq; cu compellans, ait: Iupiter dijq; alij tibi dent
 hospes quicquid optas, qui me tam prompto animo ex-
 ceperis. Quin, inquit ille, uel si te peior ueniat, no fas
 est hospitem contemnere. Nam prope Iouem sunt ocs
 & hospites & pauperes: munus enim nostrum gra-
 tum est quidem, quanquam paruum, quod famulo-
 rum sit officium timide semper agere, praesertim cum
 heri iuuenes dominantur. Nam illius redditum dij reti-
 net, qui me magnopere amabat, possessionemq; dedit,
 veluti seruo suo lubens, domum insuper & portio-
 nem & uxorem multis desideratam: deus autem ut il-
 li negocium auxit, sic item hic mihi. Quamobrem me
 multis inuisset dominus, si apud Ithacam coescuissest,

T 2 pr.
Eumeus
Vlyssem
hospitem
humanit
excipit.

Eumeus
Vlyssem
non co-
gnoscens,
eum peri-
isse coque-
ritur.

sed

ODYSSEAE

sed perijt. o utinā Helene genus potius effet extitū,
 quæ multis cripuit uitam hominibus. Etenim ille Aga-
 monnis honoris gratia llium est profectus, ut Tro-
 ianis bellū inferret. Hæc ubi dixit, baltheo tunica co-
 erens, confessim ad stabulū cōtendit, ubi porcorū sa-
 tus clauserat. Hic duos tulit, ambosq; sacrauit, in par-
 tes diuisit, uerubus deinde figens assauit, omniaq; iphi
 cum uerubus tulit Vlyssi, quibus farinam inferit ab-
 bā, caliciq; dulce fudit merum. Ipse contrā sedens, eū
 adhortādo alloquitur: Ede nunc hospes, famulorū tā-
 tum foetus porcorū sunt: at proci neq; fas neq; miseri-
 cordiam animo colētes, pingues edunt sues. Nō enim
 īmpia facta dij amant, sed poenas exigunt debitas, ac
 mortalium res nefandas puniunt. Sunt enim nonnulli
 īniusti quidem ac crudeles, qui in alienas discurrunt
 terras: sed hi profecto postq; Ioue cōcedente predan
 sunt assecuti, naues cōscendunt, domū quilibet redditu-
 rus: præterea aliquo diuinorū metu, ac religiōe tenet
 tur, aut numinis alicuius uoci obtemperant. At domi-
 nimei miscranda sors est, quod contra ius fasq; pro-
 ci uxorē ciuspetūt, neq; ad propria redire uolūt: sed
 illius rem luxuriosę deuorant nulla temperantia, aut
 parsimonia in dies ac noctes singulas, non uno tantū
 sacrificio, aut duabus ouibus sunt cōtenti: multū pre-
 Vlyssis di- terea uini aut plus aequo exhauriunt. Illi namq; maxi-
 uitiae & mæ opes fuere: neq; herouū ulli tantundē siue in cōtinē-
 possessio- ti, siue apud Ithacā habitanti, nō deniq; uiginti simul
 nes. ho-

hominibus tatus est census, quæ breuiter tibi numera-
bo: Duodecim in continenti greges ovium, totidem ue-
ro porcorum, caprarum totidem pascuntur. Hospitesq;
et ibi bubulci homines. Hic et ouilia leta undecim,
extrema in parte à bonis custodiuntur uiris: quorum
qlibet oue ex optimis quotidie procis desert. At ego
has custodio seruoq; sues: quarum item meliorem ac
leuissimam eisdem mitto. His ab Eumeo dictis, Ulysses
carnes appositas merumq; subito potauit, exitiu pro-
cis meditans. Postq; uero coenauit, animusq; cibo exhi-
laratus, scyphum quo biberat plenū Eumeo dedit, uer-
berenter ex hoc gaudeti, illumq; compellans ait: Dic
quæso amice, quis est is tā diues atq; potens, qui te su-
is contemptū possessionibus prefecerit? Dicis autē ipsum
Agamemnonis honoris gratia perijisse. Dic præterea
si forte nouerim hunc talem aut uidelicet (nam Iupiter
alijq; tantum dij hoc sciunt) nunciem ne, quoniam mul-
ta obiui loca. O senex, inquit Eumeus, nullus profecto
uir qui peregre redierit, hoc nūciauerit, neq; itē uxo-
ri aut filio persuaserit: sed cibum querētes facile mē-
tiuntur, ueraq; dicere nolūt. quicunq; enim erro men-
dicus ad populum Ithacensem, et herae mee uana de-
cipiendo loquatur, facile auditur, illaq; libenter cum
excipit, signa exquirit, lachrymas fundit, ut fas est,
de coniuge qui alibi perijt. Tuq; hospes exemplū huius
reitibi fingito. Si quis tibi lenam tunicamq; dederit,
hunc postea canes auesq; discripturi sunt, ita ut pere-
at,

ODYSSEAE

at, siue in mari pisces edant, et ipsius ossa multa inuoluta arena in continentem iacent: sed hic periens, amicis omnibus dolorē reliquit, mihi maxime. Neq; enim tam æquum benignumq; herum adibo, quocunque uulnus, no si rursus in domum patris mei aut matris redam, ubi prius sum natus atq; educatus. Neq; hostium lugeo, aut oculis in patria uidere cupio, sed me Vlyssis desiderium tenet, quem ego hospes non presentem nominare ueroe. me nanque supra omnis dili-gebat et animo amplectebatur. sed et illum diuinum

Vlysses dif-
fimulans
nititur
Eumeo
Vlyssem
reditur
psuadere.
noco, uel procul existentem. Vlysses ad hec: Amice, in-
quit, quādo illum negasti uenturum, nec propterea uul-
na tibi spes unquam, ego tibi de illo non frustra, sed iu-
re iurando affirmabo, quemadmodum Vlysses uenit.
boni quidem nuncij premium mihi debetur quod ego
quanquam egens, nullo pacto recipere uolo, priusq;
le peregre domum redierit.

Hostis enim nobis est æque ac ianua Ditis
Is, qui pauperie loquitur non uera coactus.

Igitur Iupiter deorum princeps, tuq; hospitalis men-
sa ac Vyssis domus quam peto, scitote quemadmodum
nunc uera loquor, Vlysses hoc anno huc ueniet. In fi-
ne autem mensis domum reuertens, cum qui et uxorem
et filium leserit, omnino puniet. Eumeus uero ad hec:
O senex, inquit, no profecto huius tibi nuncij premium
dabo, neq; Vlysses domum redibit. Verum nuc alacri-
ter bibe, alia postea inter nos memorabimus. nequeo
sic

perfatum,
nuncium

si ecis oculis hec reminisci. ad illius namq; memoriam
 omnem animus in pectore cōtinuo mōeret. Sed iam iu-
 ramētum sinamus, ueniet Vlysses, ut & ego & Penelo-
 pe & Telemachus optamus: me uero pueri illius misce-
 ret, quem dij ramo similem generoso educauere. dixe
 rimq; ego illum inter homines eius patre nec ingenio
 neu forma inferiorē futurū. Verum ipsius mentē ne-
 scio quis siue deorum, siue hominum eripuit, quod Py-
 lum proiectus sit sciscitatum de patris fama. At proci-
 solentes domum reuersuro insidiātur, ut Arcisie pro-
 genies penitus ex Ithaca sine nomine intereat. Sed iā
 illū, siue errauerit, siue fugerit, dimittamus manu pro-
 tegat altissimus Iupiter. Te tantum nunc rogo, tuos
 mihi labores referas, mihiq; uerum dicas, cuias es? ex
 quo hominum genere? que tibi patria? qui parentes?
 in qua uenisti natus? quomodo te nauic Ithacam addis-
 xere? quinam sese esse gloriantur? Non enim te tu-
 is hic pedibus aduenisse puto. Vlysses uero ait: Ti-
 bi profecto uera dicam omnia. Si fuerit nobis ad tem-
 pus lögum cibus, uinumq; dulce, intra tabernaculum
 quiete in epulis existentibus, alij uero ad opus cōver-
 tantur. uix deinde in annū meos referēs labores, quos
 deorum uoluntate sustinui, tibi absoluerm. E Creta Vlysses
 enim meum genus iacto diuitis uiri filius: plures item pulchre
 alij filij fuere patri ex coniuge. Me autem Onete ma-
 ter peperit pellex, uerū eque ac alios Castor Hylacis
 filius honorabat. Huius ego sum genus, qui tunc inter-

Cre

 sing: et hi-
 stor: a. 1.
 uent: sui.

ODYSSEAE

Cretenses uti deus in populo ob diuitias & filios illorum
 stres colebatur. Hunc demum Parce excedente ad inferos tulere, liberi vero patrimonium sortibus duci-
 scre, mihi pauca dederunt. Vxorem duxi ex gente loco
 cuplete ac nobili ob meam virtutem, quod non igne-
 uis aut bellorum fugax inueniar: nunc sane me omnia
 destituerunt: dolorque plurimus occupauit, quod te pro
 be coniugere arbitror. Mihi namque Mars & Minerua
 audaciam uiresque dedere: quando ad infidies aliquas
 aut congressus hostium delectus essem, fortibus uiris
 mortem intentauim: nec ullius animus ferox mibi prius
 inuadendo necem inferre potuit, quin ipse longe pri-
 or insultans hasta irrueret, quando pedum cursu invi-
 citarer. Talis igitur in bello eram. Negocium vero ac
 opus aut utilitas domestica, que nobiles nutrit filios,
 mihi nunquam cordi, sed potius naues, bella, jacula, ar-
 cus, queque alijs horrida & exitialia uidentur, chata
 & amica extitere. Hec deus in animo mibi dedit, alijs
 uero alijs gaudet artibus. Priusque ad Troiam iret
 Achaei, nonies uiris ac nauibus contra exterros prefui,
 & mihi omnia ex his que tractauim feliciter contige-
 runt. Multa postea sum assecutus: ex quo domus est au-
 etia ita, ut inter Cretenses potens ac uenerabilis sum
 factus. At ubi Iupiter crudeliter iter ad Troiam inspit,
 quod multis uitam ademit, tunc quoque me ac Idomeneum
 cum nauibus Ilium ire praecepit: neque ullum detra-
 cendi subterfugium, durum namque populi edictum fa-

erat. Hic igitur nouem Achæi decertauimus annis, de
cimo Priami urbem euertimus, cum nauibus domum
discessimus. Deus uero Acheos dispersit. At mihi mi-
sero Iupiter mala cogitauit. Mensem enim tantum cū
filijs & uxore ac possessionibus domi letatus sum. De
inde ut cum nauibus ac socijs irem in Aegyptum, me-
us me impulit animus. Itaq; coēgi nouem naues, popu-
lus frequens cōuenerat. Sex diebus illi mecum in epu-
lis fuere, ego uero sacrificia multa dijs obtuli, socijsq;
simul cibū paraui. Septima uero ex Creta soluentes,
uento prospero facile quidem nauigauimus, utpote se-
cundum undas: nec ulla nauium incomodum aliquod
passa est, quirs illas nobis incolumibus ac saluis uentus
& gubernator direxere. Die quinta in Aegyptū per-
uenimus, apudq; Aegypti fluuiū nauibus consti. Hic
ego socios manere ac naues seruare iussi: explorato-
res circā uestigatum misi. Illi uero uiribus freti, ad in-
iuriam & populationem insurrexere, statimq; Aegy-
pti agros amoenos diripuere, coniuges ac paruos nae-
tos abduxere, reliquos necauere. Fama igitur in ur-
bem perlata, ubi hæc illi acceperunt, contra nos cū pri-
mum illuxit, irruerūt. campus omnis peditibus equiti-
busq; simul ac tristri ferro completur. Iupiter fugā me-
is socijs iniecit, nec ullus resistere cōtrā est ausus, ubi
& mala apparebat. Hic multi ex nostris ferro inter-
empti, nonnulli uero capti & ad opera coacti fuere.
Mibi autem Iupiter hæc in animum deliberationē in-

duxit, atq; utinā potius in Aegypto perijsscm, & dios
 rum fatum subijsscm. Statim ego ē capite galeam po-
 sui, scutum ex humeris exui, hastā ē manu proieci, ob-
 vius regio equitatui processi, genuaq; amplectens ex-
 osculatus sum. Ille autem me miserans, protinus seru-
 uit, ac flentem in curru collocans, domum duxit. Nas
 quod magnopere iratus esset, multi hastas mihi inten-
 tantes, necē inferre parati erant, nisi eos Iupiter pro-
 bibuisset. Iouis namq; irā ueritus est, qui maxime facta
 improba ulciscitur. Hic demū annis septē mansi, mul-
 tamq; ex hominibus Aegyptijs aggebi pecuniam mu-
 nifice mihi prebitā. At ubi octauus uenit annus, tunc
 Troctes homo Phœnix, & ad decipicndū aptus, unde
 mala hominibus multa inflxit, sua mihi arte persas-
 sit, ut in Phœnicia, ubi ipsius domus & substātia era,
 profici seremur. Hic igitur usq; totū permansi amū.
 Verum diebus ac mēsibus clapsis, in Africā me ille w
 ui abduxit, mēdacia cōmentans, ut cius onus ferrem,
 ibi me tandem postq; sisteret, precium uendendo cape-
 ret. Hunc itaq; credulus ego necessariūq; putans, sum
 secutus. Nauis aut borea uento secundo usq; ad medi-
 um Cretæ pōtum cucurrit. Vbi uero Cretam reliqui-
 mus, neq; illa amplius terra, sed maria undiq; & m
 diq; cēlum apparuere, tunc Iupiter ingentē iupana
 uim misit nubē, ex qua pōtus tenebris obductus est: in
 tonuitq; ac nauim fulmine percussit, que tota quoq;
 ac sulfure referta est: oēs in mari cecidere, ac more

tornicū circa nauē undis ferebantur. deus enīm redditum abstulerat. At mihi Iupiter quanq; anxiō animo, malū nauis immensum ut exitiū uitare manibus porrexit. Hoc igitur innixus, undis fatalibus ferebar. non uem diebus sic delatus sum. Decima uero unda rotas nocte turbida Thesprotorū terrae me proximū reddidit. Hic Thesprotorū rex mihi parcēs, me inemptū tulit: cuius filius obuiā ueniēs, frigore ac labore afflictū manu sustentādo, domū deduxit: ubi me lēna induens, operuit. Hic igitur de Vlysse sciscitatus sum. Ille uero in patriā redeuntē hospitio se recepisse dixit, mihiq; opes ostēdit, quas Vlysses congebit, es, aurū, ferrū: tot in eius domo preciosa sunt. Illū preterea Dodonā iuis se ait, Iouis respōsum in queru auditū, ut longo tēpore absens quomodo domum, apertēne uel clam, redire debeat. Mihi preterea iurauit in eadibus libans, nauē cum socijs illi parasse, qui cum in patriā ducerent: sed me prius misit, nactus Thesprotorum hominū nauem Dulichium uenientem. Horum duci Acasto suam commendatus. Ab his igitur proditus fui, ut dolore pentitus cumularer. Nam in me prauo consilio coniurantes, ubi procul à terra nauis in altum deducta est, me lēna ac tunica spoliatum laceram uestem aliam, tunicāq; turpem induerūt, quas nunc oculis ipse cernis. Serò autem Ithacam postmodū applicuere. Hic me de mū apud nauē uinculo flexibili firmissime uinxerunt. Ipsi uero ē nauī in littore descendentes, coenauere. Me

ODYSSEAE

Intercedijs ipsi è vinculis facile soluerunt: ego autem
 statim capiti laceram uestem obuoluens per temorem
 in mari pectore tenuis descendi: deinde paulatim utri-
 que manu natando, in oram littoris è regione illorum
 perueni: descendensq; ubi floride sylue recessus era-
 bunti prostratus iacui. Illi uero ubi rem cognoverit,
 anxij cucurserunt. Verum non ex re fore uisum eiis uite
 sius tendere, quamobrem nauem rursus concenden-
 tes abierunt. Benignitate igitur deorum clam eua-
 sic occultauere, ac uiri prudentis stationi propinquum
 reddidere. Itaq; adhuc me uiuere fato concessum. En-
Eumenio
reditus V.
Ulysses non
persuaderet
 meus ad hec: Ab miser hospes, ait. mihi namq; animos
 magnopere turbasti, dum singula refers que passus fu-
 eris aut quantum erraueris. Verum que de Ulysses di-
 cis, neq; recte te loq existimo, neq; mihi persuadebis.
 quid enim mihi opus te talem existentem metiri? Ego
 ipse mei heri reditum dijs omnibus inuisum esse pro-
 be noui, quoniam illum cum Troianis uel in amicoru-
 manibus non perimerunt, quod bellum prudenter ad-
 ministrauerit, quamobrem Achaei omnes ei tumulum se-
 cissent, eiusq; filio magnam gloriam exoptassent: nunc
 illum miserum harpyiae discerpunt. At ego porcorum
 prepositus curae, urbem non peto, nisi forte Penelope
 ire cogat, si quādo aliude nuncius ueniret: tuacrum
 astantes singulos interrogant. Hi quidem tristes ob il-
 lius absentiam, alii letantes quod illius impune subfla-
 tiam edant. At mihi minime gratum uestigare aut petere

contari ex illo, quo me uir Actolus uerbo decepit: quē
 ob hominē interfictum multum telluris obēuntē, ac
 meam domum petentē libenter excepti. Is mihi retulit
 Vlyssem inter Cretenses apud Idomeneū nauis aptan-
 tem tempestatibus fractas se uidisse, & demū ad aesta-
 tem uel autumnum cum socijs multas secum ferentem
 opes uenturum. Sed tu senex miserabilis, quādo te mi-
 hi deus obtulit, ne meam gratiam mendacijs similiter
 quere, neu fingendo uana placare studeas. Nō ego te
 propterea uerear magis aut amabo, sed louem metu-
 ens hospitalem te excepti, ac sum miseratus. Cui Vlysses:
 Tibi profecto ait, animum minime aptū persuade
 ri incredulumq; uideo, quem uel iurando ad creden-
 dum non inducerem aut cogerē: sed deinceps formu-
 la pactumq; inter nos fuerit, testes dij adsint, si herus
 tuus in hanc domum ueniat, me lens tunicaq; indues,
 ac Dulichiu quō maxime cupio, mittes. Si uero nō ue-
 nerit, famulos tuos iubebis me precipitem ex alto sa-
 xo dare, ut aliis pauper in futurum decipere caueat.
 Huic Eum eus respōdēs: Hospes, inquit, sic mea gloria
 virtusq; nūc & in posterū apud homines sit illustris, Subulcas
 ut plures in hoc tugurio hospitio exceptos donis insu-
 per hospitalibus honorauit, plures item interfeci. Loui
 deinde animo prōpto supplicauit. Sed nunc cōne tem-
 pus, itus adsunt ē uestigio socij ut dulces attingamus
 epulas. Sic igitur inter se loquebantur. Propius autē
 subulci cum suibus uenientes, eas de more ad dormie-
 subulcas

ODYSSEAE

dum coegerunt, grūnitusq; propterea immensus per
 torum in harā se recipientū excitatus est. At Eume
 us ad socios uersus: Ducite, ait, porcum ex grege opī
 mum, ut hospiti huic procul uenienti sacrificium ofe
 ramus. Deinde nos etiam recrecemur, qui continuo ca
 ra custodiendi gregis laboram, alij uero labore na
 strum impune sibi edunt. Sic dicens, ferro ligna cōsci
 lit. Illi confessim suem pingueam ac quinqueuam atti
 lere, igniq; admotam supra escharā cōstituere. Neq;
 Eumeus decorum est oblitus, cum mente bona sit usus.
 Idē suilli capitis ante oīa setas igni ut primitas nit,
 deosq; omnes precatur, ut Vlysses domū reuertatur.
 Suem deinde tenēs querna schiza percusit, quonie
 niēs reliquit: sus protinus extincta est, extintū uero
 illi iugulant ac distendūt. Eumeus autem crudeliter
 membrorum partes inscidit, easq; farinam inspergē
 igni admouit. Alia uero minutatim dispartierunt, ac
 uerubus figentes diligēter assauere. omnia postremo
 auferētes, in repositorijs dēfata posuere. Eumeus de
 inde prudens animo in senas diuisit partes: unan qui
 dcm nymphis & Mercurio uota faciens dedit, certa
 ras uero accumbentū cui libet diuisit. At Vlyssen lumen
 bo suillo honorauit, animumq; heri magnopere extu
 sit. Quod Vlysses cōspiciēs: Eumēe, inquit, Ioui si eque
 ac mihi charus, qui me talē existentem his bonis et bo
 noribus dignū facis. At ille: Hospes, inquit, ede et ga
 de bis qualibuscunq;. Deus aut̄ hoc quidem dabit: hoc

Eumeus
 hospitiū
 cōficiatu
 res, suem
 pugnat.

uero dimitte quod animo lubabit suo: potest nanque omnia. Dixit, ac primitias diis sacrificauit libans, rurum uinum in Vlyssis, q; propè sedebat, posuit manibus. cererem canistris expediit architrinus, quā hero absente Eumeus ipse separatim sine hera & Laerte senne si bi comparauerat, de suo ex Taphijs emendo. Igitur paratis epulis illi manus admouerunt. Postq; uero edendi ac bibendi compressa libido est, cererem quidem Mesauius abstulit. Illi uero cibo potuq; saturi, secubitu receperūt. Nox superuenit obscura ac turbida, iouis imber tota nocte descēdit, zephyr quoq; ingēs & aquosus cōtinuo flabat. Vlysses aut cū animaduerteret Eumeum eius curā maxime habentē, tentās si quo mō lēnā ab se exutā ei traderet, aut aliquē sociorū ad id exigendū impelleret, ad eos cōuersus ait: Eu mēc uosq; alijs socij, audite obsecro. ego rogaturus alii quid nunc loquar. Vinū enim inuitat blandum, quod uel longe prudentem ad loquendum, & leuiter ridendum, insuper saltandū impellit, et demū ad uerbū enunciandi quod arcanū esse prestaret, deducit. Sed quando garrulus semel esse cœpi, non disimulabo. Utinam rigeret atas, roburq; mihi esset firmum, sicuti quādo sub Troia insidias parauimus. Duces erant Vlysses et Menelaus, quibus ego ipsorum iussu dux tertius accēsi: uerum quādo ad urbem ipsam uenimus, nos quidem circa moenia inter densa uirgulta, calamōsque palustres & limum, sub armis iacuimus: nox tur-

Vlysses an
sam qua-
rit cōmo-
de petēdi
lēnam.

ODYSSEAE

bulenta & glaciis boree flatus succedit. Nix quoque
 ueluti pruina frigida fuit. Scutis crystallis inherens
 conspicatur. Hic alij oes lenas tunicasque habebat,
 plenis, ad partem ac humeros more scutorum obuoluti dormiebat. Ego
 & omnes viri mei acero lenam ueniens socijs reliqui, stulte quidem quod
 frigus minime cogitarem, sed tantum scutum & nitidum
 habens cingulum, secutus sum. Verum circa ex-
 tremam noctis partem astris iam penè descendebat.
 Vlysscm proxime iacentem cubito excitans alloquor:
 Vlysse Laertiade, ja ego inter uiuos non amplius ero,
 bycems me magnopere affligit: non habbo lenam, sum
 tantum tunicatus instigante deo, nuc uero nullum re-
 medium. Sic ego. At ille mentem in pectore recepit eum
 quam & que in consulendo & bella gerendo retinuit,
 ac submissa respodens uoce, ait: Tace nuc, ne quis Achae
 orum aliis te audiat. Post hec cubito innixus, ad socios
 inquit: Audite amantissimi, diuus me somnus petet,
 procul, ait, è nauibus ualde uenimus. Sed quis Alcidē
 sciscitatum ibit, si nos, uti sint plures, ad naues iube-
 at accedere? Sic ait: statimq; Thoas Andromonis filius,
 lena purpurea ab se reiecta, ad naues properat:
 ego uero sub eius ueste salubriter iacui, aurora mox
 apparuit. Igitur o nunc uires, roburq; mibi validum
 efficit, daretq; subulcorum aliquis hic lenam tam amo-
 re quam reverentia boni uiri: nunc me spernunt ma-
 las habentes uestes. Cui Eumeus: O senex, inquit, gre-
 gia tibi hec laus quam narrasti. nihil profecto no-
 re

Eumeus
Vlyss.

Te ex usū dixisti, quamobrem uestem quidem defi-
derabis, neq; item aliud eorum que supplici ac misere-
ro necessaria sunt. Verū nunc crāsue tantū manet u-
is te laceris amicies. Nō enim hic plures lene aut mu-
tatoriae sunt tunicæ, sed singula tantū singulis: quādo
uero Vlyssis ueniet filius, ipse et lēnam et tunicā da-
bit: teq; quocunq; tibi placuerit, mittet. Sic dices, pro Paratur
filiū: eiq; cubile iuxta ignem posuit, hædinis ouinisq; stratum
pellibus substrauit. Hic itaque Vlysses recubuit, lēna
pingui ac molli superiniccta, que ei uires contra seuā
bycmem, si quādo oriretur, prebebat: iuxtaq; cū iuni-
ores. Nec subulco uisum ibidem cū porcis cubare, sed
exiens se se armis accingebat: ex quo Vlysses magno-
perc gaudebat, quod eius ille rationē separatim iacēs
haberet. Igitur Eumeus abiēs, acutū bumeris ensem
quamprimum aptauit, deinde lēnam crassā uēto ar-
cendo idoneam, deinde ex hædinis pellibus uestē, acu-
tum postremo iaculum contra canes ac homines pro-
pugnaculum. Vbi deniq; porci erant cōtendit, ac sub
caua petra à boree flatibus tutus dormiuit.

Paratur
stratum
Vlyssi.

ARGUMENTVM LIBRI XV

¶ Telemacho Minerua in somnis assistens, eum Ichacū
redire horratur, qui à Menelao dona accipiēs, mittitur.
& iam nauem ascensurus, Theoclymenum uatem quen-
dam Argæum ob cædem fugientem exceptit. Et Eume-
us Vlyssi narrat, quemadmodum Phœnices ipsum capie-
tes ex insula Syriæ, Laerti uendiderūt. Telemachus post
hac Ichacam appulsus, in urbe nauem mittit ipse ad Eu-
ngum in agrum contendit.

ODYSSEAE

LIBER XV.

Minerua Lacedæmoniam ad Vlysis magnanimum filium cōtendens, cum adreditum hortatur: quem simul cum Nestoris filio in uestibulo domus dormientē offendit. Nestor iden quidem altum sopitum, Tlencchum uero nequaquā dulcis habebat somnus per noctē, sed curæ patris excruciant. Prope igitur astas, sic cum alloquitur: Telemache, nō amplius à domo diutius errabis tuam relinquendo rem, uirosq; in edibus tuis alienos: ne omnia tua inter se diuidētes edat, tuq; propterea frustra iter tentaueris. Verum confitim Menelaū ad te dimittēdum impelle, ut matrē optimam reperias. iam enim & pater & fratres eius ibent, Eurymacho nubat. Is enim cūctos procos & donis superat, et dotalibus iuuando instat, ne te iuante ex domo patrimonium ferat. Nostri enim qualis in sarcinæo pectore mens est. Illius cui nupserit, mult domi iuuare ac ditare, nec priorum filiorum aut viri defuneti, qui nullam prius habuit aliā uxorem, non amplius meminit, aut de illo requirit. Sed ipse ueniens mihi ancillis que tibi optima uideatur, cūcta committit, donec dij coniugium tibi honestum tribuant. Aliud item tibi dico, tuq; conditum mente tene: o. Procorum fortissimi in Sami & Ithacæ porthmo in insidijs cōsistit, te interficere cupientes prius quam patriam redire do

Minerua
Telema-
chum in
sommis
hortatur
ut Ithaca
redeat.

do attingas: quanquam aliter euēturum puto: qnī pō
tius ex illis aliquem tellus ante retinebit. Sed iam tu
nāe longē ab insulis absiste, nocteq; simul nauiga. nā
ille decorū qui te custodit, ac malis eripuit, uētum post
te secūdum mittet. Postquam uero primum Ithacē lit
bus attigeris, nauem quidem & omnes socios in ciui-
tatem mitte. Ipse ad Eumeū subulcum, qui porcos cu-
rat, tuiq; amantissimus est, proficiscere. hic tu noctem
morare. Illum uero in urbem ad Penelopen nuncium.
de te mitte, quōd saluus sis, & ex Pylo incolumis redi-
cis. Sic dicens, sublimis in cēlū abiit. Telemachus ue-
ro cōfestim Nestoriden ē somno excitauit propius ia-
centem, pede admonens ac dicens: Surge Pisistrate,
equos currui iunge, ut propere iter expediamus. At
ille: Telemache, inquit, non est quod per noctē obscu-
rā nos festinare oporteat. cito enim dies adueniet. in-
terim dona feret currui opportuna Menelaus, ac bla-
dis nos uerbis alloquendo remittet. Hospes nanque ui-
ri hospitio excipientis, qui charitatē præ se ferat, per
petuo reminisci debet. Sic ait, statimq; aurora appa-
ruit: & Menelaus ē stratis Helene surgens illis adfie-
it. Hunc ubi Telemachus agnouit, tunicam subito ua-
rietate pictam induit, pharumq; ingens humeris apta
uit, ac foras prodiens: Menelae, inquit, iam me in pa-
triam queſo remitte, cum domū redeundi cupidō sub-
eat. Telemache, inquit Menelaus, nō ego telōgius hic
morabor redire cupientem.

Telemachus Pisistrato.

Pisistrat^o
Telemacho.

Telemachus Mc-
nelao.

Menelaus
Telemacho.

Argre

ODYSSEAE

Agre utrumq; feram, si me nimis boffes amabat,
Oderit aut nimis: at medium seruantia laudo.
Nam semel exceptum ut nolentem impellere durauit,
Sic retinere malum fucrit propctare uolentem.

Oportet igitur et hospitem presentem amare, et
uolentem dimittere. Sed et ego dona obiter feracem
rui opportuna, admodum pulchra, que oculis uides.
Dicamque ancillis coenam parent ex rerum, que intus ab
sunt, copie. Nam et honestum et utile post canum quoniam
tumis telluris obire. Si uero cupis per Greciam et Argos
medium conuerti, egomet sequar, equorumq; iungi,
ac per urbes populosq; ducam: nec ullus nos frustra,
aut indonatos dimittet, quin aliquid ferre dabit, ut
tripodem encum, aut lebetem, siue mulos, seu anteum cu-
licem. Ad haec Telemachus: Atride, inquit, decreui iam
ad propria redire (non enim retro uencum prosperum
niens in meis possessionibus reliqui) ne patrem inqui-
rens ipse percara, siue res domi optima pereant. Vbi Me-
nelaus hoc audijt, statim uxori et famulis coenam in
ædibus ex rerum copia, que intus ejset, parari iubit.
Et concus Boëthis filius, postmodum istratis exurgens,
quod non procul ab eo cubitaret, in medio constiuit: que
Menelaus igne accendere ac carnes assare iubuit. Ipse
uero in thalamum ornatum non solus descendit, sed cum
eo simul Helena et Megapenthes filius, ubi preiosissima
erat cōditæ supællex. Menelaus pateram cepit. Megapen-
thensem uero craterem ferre argenteum iubuit. Helena
61

arcam petiit. Hic pepli erant uarij, quos ipsa labora-
uerat: ex his unum deligēs ferrebat, qui uarictate pul-
cherrimus et maximus erat, moreq; sideris fulgens,
iac ultimus aliorū iacebat. Primi igitur per eadem ibat
Telemachum uersus, quem ita Menelaus affatur: Re- Menelaus
titum Telemache, uti uidco, tota optas mēte, hūc utio- donum.
nam Iupiter secundet. munera nūc tibi ex meo thesau-
ro, que domi sunt, dabo. Paterā argenteā totam arte
laboratā, cui latera ex auro redimita, Vulcani opus,
quod rex Sidoniorum mibi dedit apud eum diuerten-
ti. His dictis, paterā in manibus ei tradidit. Megapen-
thes uero craterem argenteum ferens, ante ipsum po-
suat. Helena quoq; astans cum peplo in manu, sic cum
compellando alloquitur:

Accipe et hec manuum fili monumenta mearum,
Quae tribuas nuptae uenienti munera primum
Ipse tue interea mater tibi condita seruet.

Nunc uero in patriam iucundam letus abibis.

Sic dicens, peplū ei in manibus posuit. Ille gaudens
acepit. Quae omnia Pisistratus capiens, ac animo mi-
trans aspexit, in peramq; condidit. Hos deinde Mene-
laus domum reduxit. ubi postmodum in thoris accu-
buere, minister gutturnium cum aureo opistodocho
supra lebetem argenteū lauādi gratia protulit, iuxta
mensam politam, cererem pudica proma cibosq; mul-
tos ex copia præsentium gratificans apposuit. Eto-
neus carnes diuidebat in partes distribuēs. Megapen-
thes

ODYSSEAE

thes uero uinum fundebat: paratis deinde epulis mē
nus iniecere. Edendi demū atq; bibendi sedata cupidī
tate, Telmachus ac Pisistratus equos currui iunxe-
re, ē uestibuloq; domus ac porticu impulere. Post hos
uenit Menelaus, manu dextra uini paterā tenēs, ut lu-
bantes irent: a stans ante currū, sic placidus ait: Salve
te iuuenes, Nestori hec dicite, quēadmodum ipse mi-
hi pater æquus, donec apud Troiam Achæi bellū gessi-
mus, fuit. Cui Telmachus: Profecto, inquit, que cunq;
mandas, illi redeuntes refremus. Sed et ipse si libe-
cam rediero, narrabo quemadmodū abs te exceptus

Auguriū omni humanitate, ac donis plurimis insuper donatus
discesserim. Sic itaq; dicenti uis dextra aquila aduo-
quia ad lauit, albū et ingentem et ex corte domestica rapta
uolantis. unguibus ferens anserē: uiri autem ac foeminae clana-
tes insequebātur. Ille uero dexter prope ipsos ueniēs,
irruit ante equos. Videntibus itaq; cunctis animis ex
hilaratus, inter quos Pisistratus sic ait: Cogita Menel-
lae optime, si nobis ant tibi hoc portentū apparuerit.

Sic ait. At Menelaus mēte uersabat quonā modo re-
fle ex sentētia responderet, cū Helena præueniens sic
Helena in
terpretat
auguriū. ait: Audite obsecro, ego nanq; ut dij meum admonent
animum, et ut futurū existimo uaticinabor. Sicut hæc
aquila anserem domi nutritum ex mōte ueniens, ubi
eius est genus ac parens: sic Ulysses multa patiens ma-
la, multaq; oberrans, domū tandem redibit, ac procos
puniet: sed et iam exitium menti illis omnib[us] desti-
ma

vanit. Telemachus uero: Sic nunc Iupiter, inquit, Juno
 nis coniux faciat, cuius rei gratia libenter illic ipsi
 deo uota nuncupauerim. Dixit, ac equos flagello uer-
 berauit. Illi per urbem ilicet in campum ruentes, ac
 die toto sub iugo perseverantes laborauere. Sole de-
 inde occidente ac tenebris uias occupantibus, Phe-
 ras peruenenerunt, et in domum Dioclei Orsilochi
 filij, Alphao geniti, diuertentes, hic dormierunt, ac mu-
 ne ribus sunt hospitalibus honorati. Cum primum uer-
 ro illuxit, equos similiter currui iunxere, deinde e uer-
 stibulo et porticu eductos flagello impulsero. Illi alio-
 cre euolauere: statimq; ubi Pylum attigerunt, Tele-
 machus Pisistratum alloquitur: Serua quæso Nestori
 de quod es pollicitus. Ambo enim inter nos hospites
 sumus ex parentum amore, etateq; pares. Hec eti-
 am uia nos magis in concordia iunxit. Ne me longe
 à naui ducas in urbē, sed hic relinque, ne me senex in-
 uitū domi sue retineat mei cupidus: nam me opus cito
 redire. Sic ait. At Pisistrato cogitanti quomodo pro-
 missis probemanceret, sic melior sententia uisa. Equos
 ad nauem et littus conuerit. In puppi autem mu-
 nera posuit, uestem aurumq; que Meuelaus dedit: at-
 que illum exhortans affatur: Certatim nūc nauē ascē-
 de, iubeq; idem socios facere, priusquam ego domum
 eam, seniq; nunciem. Noui enim probe qualis illius fit
 animus uchemens, nō te profecto dimittet, sed ipse uo-
 cans ultro huc deducet: neque te, puto, hacum re-
 dire

Telemz.
chus pro-
ficiuntur.

Discedit
a se Tele-
machus
& Pisistra-
tus.

ODYSSEAE

Telemachus et socii.

dire pateretur, ualde nanque irasceretur. Sic dicens,
equos impulit urbem Pyliēsum uersus, domūq; uenit.
Telemachus uero socios abortando ait: Aptate ar-
ma socij in navi. ipsi quoq; concendamus, ut cito in
expediamus. Illi uero dicto auscultauere, in nauim
conscendentes, transstris cōsederant. Hec igitur dum
Telemachus curabat, ac Mincruæ in puppi sacrificu-

Theoclymenus uates ad Telemachi nauem con fugiens.

bat, proxime uir quidā accēsbit, longe fugiens ex Ar-
go ob uiri cædem. Vates insuper ex genere Melampo-
dis, qui prius Pylon incoluit diues, tunc in alios popu-
los patriā fugiebat ac Neleum magnanimum, qui mul-
tus ei opes in totum annum ui abstulit. Hic interea in
edibus Phylaci duris in uinculis tenebatur, erubens
patiēs ob Nelei filiam, & grauis incōmodi quod iſa-
riamisit in mentē. Verum Neleus fatum uitauit, ac ho-
ues mugientes ex Phylace Pylum adduxit. At hic sū
orū petijt populū & Argos, ubi felix ei habitatio fu-

Antiphates.

it multis imperandis Argeis. Hic igitur uxorem da-
xit, domū superbam edificauit, genuitq; Antiphatem

Mantius. Oicles.

et Mantiū, Antiphates uero Oiclea. Is Amphiaraum,

Amphiaraus.

quem Iupiter & Apollo pretermodū omni studio di-
lexcre: nec ille ad senectutē peruenit, sed Thebis mali-

Alcmeon & Amphi-

ebrium donorū causa perijt. Huius itaq; filij Alcmeon

lochus.

& Amphirochus. Mantius uero Polyphideum & Cli-

Polyphi deus, & Clitus.

tum suscepit. Clitum Aurora postmodum rapaces ob-

formam, ut inter deos esset, effecit. Polyphides uero

Apollo uatum fecit optimū, postquā Amphiaraus ex-
egf.

cessit: qui iratus patri, apud Hyperefiā habitauit. Hic responsa cunctis mortalibus dedit. Huius deniq; filius Theoclymēnus nomine superuenit, ac prope Telma-
chum in mari constitit, quem libantem precātūq; of-
fendit, atq; illum compellans: Amice, inquit, quando te
sacrificantē in hoc loco conueni, obsecro te per sacri
ficia & deum, deinde tuum ac sociorū te sequentīū ca-
put, dic mihi rogāti uera, neq; cela, cuias es? unde gen-
tium? ubi tibi patria aut parentes? Huic Telemachus:
Vera, inquit, profecto referam. ex Ithaca genus mibi,
pater Vlysses, si quando erat, nunc exitio duro inter-
iit: cuius rei gratia socios assumens ac nauem, ueni de
patre diu absente uestigatum. Ad quem rursum Theo-
clymenus: Et ego, inquit, hominem ciucē meum interfe-
ci. multi enim fratres & coetanei ciues apud Argos.
nam ualde Achaei possunt, quos ego fatū mortemq; ui-
tando fugio, quando mibi sors per homines errare.
Oro igitur supplicem me tua in nauī excipe, ne inter-
ficiant. eos namq; me insequi existimo. Nō te, inquit Te-
lemachus, inuitum profecto à nauī repellam: me seque-
re, ac bis qualia habemus hic, cōtentus eris. Sic dices,
serream prendit hastam: & apud nauis malum exten-
dens, concendit: ac in puppi sedens, iuxta se Theocly-
menū locauit. Oram deinde socij soluerunt, ac iubente
Telemacho arma expedierunt: malum in curuo nauis
media loco erexere, rudentibus deinde alligauere, uie-
la deniq; alba bubulis loris traxere, quibus Minerua

Theocly-
menus o-
rat opem

Telema-
chus susci-
pit in na-
uem.

profferum retro uentum leniter per aera flantem spā
rauit, ut nauis celeriter pōti uias perageret. Interes
sol occidit, & ieq; tenebris obducta. Inde Pheras uen-
to Iouis impulsa prēterijt: deinde Elidē ubi Epeii do-
minatur. Postmodum ueloces appellatas insulas per-
transit, periculosas admodum, urgens atq; cōcites
si quo modo fatū effagiat. Dum hec apud Telemachū
aguntur, Vlysses simul & Eumeus in tabernaculo ce-
nabant, penes quos etiam alij uiri discumbētes. Postq
uero potus cibiq; libido abscessit, Vlysses Eumeū ten-
tare cupiens si forte illum diligat, ac remanere iube-
at ibidem, an in urbem ire cogat, sic ait: Eumee uosq;
alij socij aduertite: cum primum illuxerit, ego in urbe
cupio cōtendere, mendicaturus quidē, ne tibi ac socijs
hic sim molestus: sed rogo me instrue, mihiq; ducē pre-
be bonum, qui me in urbem deducat. Egomet uero de
inde necessaria per ciuitatem queritando curabo, si
quis cotylen aut quadrā porrigat: quin domum usq;
Vlyssis petam, ut Penelope de ipso nunciū afferam: in-
ter procosq; uersabor, si forte tot ciborum millibus
abundantes mihi coenam prēbeant. Ego enim inter
eos quecumq; uoluerint bene tractabo: tibiq; affirmo,
quod credere potes, ut opera quidem Mercurij, qui
omnibus mortaliū factis gratia prēbet, nullus homi-
num meū agendo certabit: si opus aut ignē accende-
re, ligna scindere, cibos siue distribuere, siue coquere,
aut etiam uina fundere, aut demum quaecunque apud
bo

Poeta re-
dit ad V-
lyssem.

honestos & magnos uiros agunt inferiore s. Huc Eum
 mæus increpās, excepit: Heu hospes, cur tibi hec ine-
 sedit menti sententia: profecto cupis illuc omnino peri-
 re, si uis in procorum societate uersari, quorum fasti-
 dia, cōtumelia et iniuria cælum ferreum penetrarēt.
 Nō enim tales illorum sunt ministri atq; tu, uerum iu-
 uenes lenas tunicasq; pulchre induti, crinibus densis
 compiti, ore formosi: præterea mensa cibis ornata,
 carnis ac uino refertæ. Hic uero nullus, nō ego, nō
 sociorū aliquis qui mecum sunt, ob te præsentem graue-
 mur. Sed cum primū Vlyssis filius uenerit, lena & tu-
 nica præbebit: deducetq; quò tu omnino exoptas. Ad
 huc Vlysses: Sic Eumæus, inqt, loui atq; mihi sis charus,
 qui me graui errore ac miseria leuasti. Nihil enim per-
 ius erratione. Sed & uentris euriæ gratia malas
 uiri curas habent, si quis forte dolore aut incômodo
 cogitur. Nūc uero quādo me retinuisti, ac manere ius-
 fisti, queso quid de matre Vlyssis, quid de patre, quem
 iā senē discedens reliquit, si uiuunt ac auras afficiunt,
 un interierunt, apudq; inferos sunt? Vera, inquit Eu-
 mæus, tibi referā hospes: Laertes quidē uiuit, louēq;
 obsecrat animū domi membris exolui: maxime uero
 mors charissimæ uxoris ei reddidit senectutem, que
 ob dolorē amissi filij Vlyssis fleibili exitio interiit. Heu
 ne pereat quicunq; mihi charus est in hac regione ac
 grata facit. Hæc enim dū uixit, quamuis mœstissima,
 mihi cordi erat de filio Vlysse interrogare, quoni-

Vlysses q-
rit de ma-
tre & pa-
tre Laertie

ODYSSEAE

um me simul cum Ctimene nutrit, quam natoriam ultimā suscepereat, pauloq; minus illa honorauit. Posse uero ad pubertatem ambo peruenimus, hanc cum simile in ſula dederunt, milliaq; contulerunt. Ne uerole na & tunica pulchrisq; uestibus, item calceis donis atque ornans, agro praeſecit, ac preter ceteros amuit. Nunc autem horum indigeo: ac negocū mibi auferunt dij, cui iuſſito, quod ex his que mihi ad uſum ſitū crant, uerecundis & gentibus tribui. Ex hera uero nihil dulce audire eſt, neq; factum, neque uerbum: quod malū domi uideat, uiros proternos: famule quoque hera aduersa ac parum placitura dicere aut fuga percōtari ſtudent. Preterea edere & bibere, deinde rūs ire, & alia quacūq; ipsarū animū oblaſtas magnopere cupiunt. Cui Vlyſſes: Heu, inquit, q; purulus existens Eume, ualde à patria procul ac peribus errasti: sed hoc mihi uere dic, ſi ciuitas quā tua parentes incoluerunt, euersa fuerit, an te potius iniqui homines ab ouibus & bubus ſolum abductum, in nauibus tulere ad huius uiri domum, illegi te emerit? Ad hæc Eumeus: Quonia, ait, merogas hospes ac percontaris, quiete nunc audi, ſede, gaude, bibe, noſtes enim immense ſunt. licet & dormire, licet & audire letantes: nō enim te opus priusquam hora ueniat, dormire. Multus nanque ſomnus triftitiam adducit. Aliorum uero ſi quis uoluerit, hinc exiens cubitum eat: etas cum primum illuxerit edendo, ſimil ſuos sequi-

Vlyſſes q.
rie ex Eu-
meno con-
ditionem
generis
eius.

tur. Nos uero in tabernaculo nunc edentes ex bim
bentes collectemur, tristia memorando. Nam in lu-
ctibus recensendis uir quoque letari solet, qui mul-
ta sit passus, ac multum telluris obiuerit. Igitur quod
me interrogas dicam. Insula quedam Scyria nomine,
si forte tuas peruenit ad aures, sub Ortygia, ubi sunt
solis conuersiones, non tam magna quam bona quidem
bubus ouibusq; nutriendis, uini ac frumenti ferax:
hic fames nunquam aut aliis morbus ingreditur: sed
quando mortales consenserunt, Apollo simul cum Di-
ana ciuitates peragrans suas, eos sagittis interficit.
Hic due sunt urbes, omniaq; inter ipsas bifariam di-
uisa. ambas uero pater meus diuus Ctefius Ormeni-
des rexit. Huc insuper Phoenices, homines nauibus in-
clyti ex astuti, mille ducentes in nauis ludos uenerunt.
Patri uxor fuit Phoenissa genere, forma quidē et pro-
ceritate corporis, operum quoque nobilium eruditio-
ne prestans. Hanc Phoenices uafri deceperunt. forte
ex illis unus lauantem noctis iuxta nauem compres-
fit, que res molliores foeminas quanquā operosas ani-
mo cuertūt. Is deinde quenā fit aut unde ueniat inter-
rogat. Illa statim parentē prodidit: Sum, inquit, ex Si-
done Aribantis filia, uiri admodum locupletis. Vtū
me prædones Taphij ex agro uenientem rapuere, ac
in domum uiri huius qui me emit, abduxere. Ille uero:
Eia, inquit, sequere nos, ut rursus domum parentesq;
videas tuos: iam nobis patet quemadmodum uiuunt.

ODYSSEAE

¶ diuites vocantur. Mulier uero: Esto inquit, hoc si
iurare uelitis, nos me ab omni incommodo immunem.
domū reducturos. Sic ait: illi uti iussum iurare. His
gestis, mulier, Tacite, inquit, res agatur, ne q̄s nefro
rum sociorum cum in urbe fuerimus, nec apud nām,
nec apud fontem obuius mābi quicquam dicat, ne for
te aliquis seni uenientis domum renunciet, unde illē
arcta uniciat in custodia, uobisq; perniciem pariat.
Itaque mente retinete uerbum, et que opus nāi via
tia celeriter comparete. Vbi uero hec r̄bus necessa
riis onerata fuerit, statim nuncius domum māti ueniat.
ego enim et aurum quodcumque ad manus uenerit
afferam, et scalam nauticam prebebo. Filium quoque
ex optimo susceptū nutrio domi frugi atq; calidū,
tum foras libenter excurrētem, quem mecum duca
ut quoconque in alienas gentes irruat, nobis preci
orum multum reperiat. Sie dicēs, in aedēs pulchritus in
greditur. Illi uero annum totum ibidem spud nos in
nentes, uaticum nāi opportunum parauerunt: quā
bus conquisitis, cum tempus esset discedendi, nix re
periunt qui mulieri nūciet. Vir autem sagax ad do
mum patris mei accessit, monile habens dureum, de
ctris uariatu atque ornatu, quod mater mea et fam
ile conspicentes, subito manibus attricauere, preci
umq; obtulere. Ille uero tacite oculis invxit, uti uen
iat ad nauem. Hec autem me manu trahens extr̄ sc
sum duxit, in uestibulo quoque egrediens, patrā mi
sus

Sasq; coniuuarum offendit, qui patrem meum circum
 sistebat, & ad concionem populiq; famam propera-
 verant. Hic ille tria surripiens pocula, et in sinu clavis
 abscondens, discessit. Ego uero per imprudētiam sum
 secutus. Interea sol occidit, umbræq; uias occupant.
 Nos uelociter eentes in celebrem peruenimus portū,
 ubi phœnicum nauis erat: quam ubi soluimus atq; cō-
 scandimus, per humidas ponti uias ferebamur. Ventus
 Iupiter immisit secundum. Sex itaque diebus atq; no-
 etibus continuo nauigauimus. Septima uero ueniente
 dīe, Diana mulierē iaculo scripsit: quæ ista, statim ut an-
 sermarinus in nauis sentinam cōcidit, ac subito in ma-
 re phocis ac piscibus cibus eiecta est: ego autem moe-
 stus animo sum relictus. Illos deinde uentus & unda
 Ithace proximos reddidit. Hic me Laertes de suo e-
 mit: sic tandem ego tellurē oculis confexi. Vbi finē lo-
 quendi fecit, Vlysses, Eume, inquit, animum in pecto
 &c mihi nempe hæc narrando, que passus es mala, con-
 citasti. Verum malis his bonum Iupiter addidit, quod
 post multos errores hic itē uenio. Sic igitur inter eos
 collocuti, nō diu sed paulum quietuere, statimq; auro-
 ra apparuit. Interea Telemachi socij ad littus Ithacē
 se appulsi, rudentes solucrunt, malum posuere, nauem Telema-
 chus Itha-
 in portum remis deduxere, cubilia substrauere, oram cam redin

ODYSSEAE

ducite in urbem, ego uero in agrum ad bubulos contendam, uesperi uidendo mea opera in ciuitatem descendam: cum uero illuxerit, uobis hodeporium prestatbo, epulum optimum carnibus & uino dulci. Cui Theoclymenus: Quo, inquit, ibo chare fili? ed es ne enas principum Ithacensium, an tuam matris uectitudinem? Ego te quidem, Telemachus ait, nostram domum prorsus ire iussisse. non enim hic aliquid ex his que ad hospitium pertinenter, omnino desiderasse: sed longe tibi peius incommodum esset, quod ipse absire: neque item mater tibi uidebitur, quod non sepe processis apparet, sed in superiore domus parte telanteexit. Verum ego alium tibi uirum, quem adeas, mostrebo, Eurymachum Polybi filium, uirum clarissimum apud Ithacenses: qui matrem meam iungi sibi conubio, ac Ulyssis loco & honori succedere magnopere cupit. Sed hec Iupiter novit, si ante nuptias supremū

Aquile auiderit diem. Sic igitur dicenti dextra circus de genere aquilarum, uelox nūcius aduolauit, pedibus columbam discerpens, alasq; ad terram fundens, interq; uem & Telemachum media. Hunc Theoclymenus separatim a sociis protinus uocans: Telemache, inquit, non absque nomine tibi nunc auis dextra uenit. Noui autem ipsam, probe sciens augurium. uestro nempe genere nullum est in populo Ithacensi magis regium, sed uos potentiores perpetuo. Telemachus: Utinā hoc hospes, ait, eueniat. noueris tu propterea & amo-

rem & multa ex me dona, ut omnis te forte conspiciens, beatum dixerit. Post hec Piraeum fidissimum socium cōpellans: Pirae, inquit, Clytide, tu quidem omnium qui me Pylum sunt secuti, promptissimus mihi paruisti. Nunc quoque hospitem hunc in domum duc tu am, ac diligenter cura donec ueniam. Ego, inquit ille, uel si lōgo tempore moraberis, ducam, nec quicquam ad hospitem pertinens pretermittam. Sic dicens, nūm ascēdit: socios item deinde oram soluere iusserit. Illi statim ingressi, transstris consererūt. Telemachus pulchros pedibus calceos aptauit, bastaq; ualidā et ferro acutā ex media nauis sumpsit. Illi, uti iusseri fuere, in urbem ad nauigauerūt: at Telemachus propere ingredens in stationē uenit, ubi erāt canes mille: quos subulatus bonus, ubi herū quē amabat cōspexit, inclamauit.

Telemach⁹ ad Eumenium diuerit.

ARGUMENTVM LIBRI XVI.

Veniente in agros Telemacho, mittit Eumeus in ciuitatē, heri aduentum nūciaturus. Interea Ulysses ex Minerve sententia se suo filio manifestat, ac illi qui in infidis cōtra Telemachū erāt, in urbem reuertunt.

ODYSSEAE

LIBER XVI.

Vlysses interea ac Eumeus, cum primum illuxit, ignem accēdentes, prandium parauere, pastoresq; cum porcis emiserūt. Canes autem Telemacho blādiebantur,

p v neg;

ODYSSEAE

neque propinquanti allatracere. Vlysseus uero ubi canes adulantes sonitusq; pedū audijt, uersus ad Eumeum ait: Nēpe aliquis tibi socius aut notus uenit, quod sonitum audiam pedū, canesq; minime latrantes. Vir hec dixerat, cum filius eius in uestibulo apparuit. At Eumeus stupefactus, nam uasa quibus uinū fundebat, protinus è manibus cecidere, statim hero occurrerit su: eumq; ac caput et ambos oculos, manus insuper ambas exosculatus est, ac huberes effudit lacrymas. Sicut enim pater filiū solum in senectute procreatum, cuius gratia multa sit passus incōmoda, ex Apia terra post annū decimū uenientem cōpletitur: sicut Eumeus Telemachū innitendo, ueluti ex morte reducē, est amplexus, ac ingemēs ait: Venisti ad dulcē Telemache lucē? non ego te profecto amplius uidere putabam, postquam Pyram ad nauigasti. Sed iam ingredere charē filii, ut te aspiciendo gandeā animo, buc peregre uenientem. Non enim frequenter in agrum ueq; ad pestores uenis, sed libenter peregrinans ut pestilenta porcorum turbam evites. At Telemachus, erit ita, iuguit. Nunc tui causa uenio, ut ex uideam & audiā si mea adhuc mater domi uiuit, an alij nupsit uiro. Vlysseus enim cubile malis plenum araneis ob non inhabita: tes iacet. Illa nang, ait Eumeus, firmo in tuis edibus manet animo, quanquam dies atque noctes lacrymas erummis corrumpitur. Hisdictis, ferream corripit ba: stam Telemachus, ac in tabernaculum ingreditur. Ve

Eumeus
gratulat
Telema-
cho redi-
tum.

sicutem pater Vlysses ē loco surgens utrinque manibus retinuit, atque ait: Sede hospes, nos alibi aliam insuiciemus in nostra statione sellam. Iuxtaq; uir est qui nos constituet. Sic ait, ac rursus consedit. Telemachus autem Eumeus uirgulta frondētia sumulq; pelles substravit, ambo bus uero carnū assatarum repositoria, que priori cōna superfuere, præbuit, cererem certatim canistris expedit, ac dulce merum in calice fudit. Ipse demum contra Vlyssēm accubuit: paratis itaque epulis manus adiccere. Vbi autem expleti sunt cibis & potionē, Telemachus Eumeo sic ait: Dic sodes, unde tibi hospes hic uenit, quomodo nauis Ithacam eū duxere, cuiates se dicunt esse? nō enim pedibus huc uenisse puto. Cui Eumeus: Tibi fili uera referā: Ex Cre-
tensiū genere se esse affirmat, multasq; hominū urbes errabundum adiisse, ut illi deus fato statuit. Nūc uero ē Thesprotorū hominum nauis fugiēs, ad meā huc stationem accessit. Tibi autem polliceor, fac quo-
modo uis, supplicem tibi omnino hunc habebis. Hoc me uerbo, Telemachus inquit, profecto afflixisti: quo-
nam modo hospitem domi recipiam? Ipse iuuensis sum,
needum manibus fido contra uirum me defendere, si quis prior inuaserit. Matri autem meā duplex in a-
nimo sententia uoluitur: uel ibi apud me maneat &
domum curat: lectum uiri famamque populi uerens:
uel iamsequatur quem uiderit Achaeorum optimum,
cuius matrimonium cupientem, ac plura tribuentem.

Telema-
chus de
hospite
quarit.

Sed

ODYSSEAE

Sed hospitem hunc, quando tuā petiū domum, lēna et tunica pulchrisq; uestibus induā : ensemq; ancipitem ac pedib; calceos donabo, mittanq; quocunq; ipse uoluerit. Si tamen tu uis, hic cum cura in cōtubernio retinēs, ego uestem ei cibumq; omnem, ne tibi socijsq; sit molestus, mittam. Illuc enim ad procos ego nunquā uenire smerem, ne (quod proterui fastosijs sunt) cum probris cōcumclijsq; incesserent, nibi propterea grāuis accedit dolor. Resistere autem contra plures uāi quāuis optimo durissimū, q; illi sint potentiores. Hāc alloquens Vlysses: Amice inquit, quādo ex nībi quoq; simul colloqui ex respondere fas est, mēū profecto animū pupugit audiēdi hec que de procis dicis, quod domi insolenter agāt te inuitotali existente. Dic queso, uolēns ne uinceris, an te populus sequens dei forte insecatur, an forte fratribus iratus es tuis, qbus pugnantibus uir cōfidere solet, si qua magna oriantur cōtentio? Utinam ego iuuenis essem uiribus, sicuti Vlyssis filius, uel ipse ex peregrinatione rediens, nam spes adhuc est aliqua, statim meum caput uir abscederet alienus, nisi ego ueniēs ad Vlyssis domum, exitio custis essem. Si tamen solum existentē me uinceret multitudo, malim in meis cōsus edibus mori, quam hec de decora ac facta indigna conspicere, hospites agitando ac uerberando, famulas turpiter per aedes regias uiolando, insuper uinum exauriendo, et frumentum omne absumēdo. Ego tibi hospes, inquit Telemachus,

Hospes
Telema-
cho.

Telema-
chus Vlyssis

uera dicam, nec mihi populus infestus, neque de fratribus queror. Sic enim Iupiter nostrū genus ad unitatem reduxit. Laertem solum Arcisius genuit. Is uero solum Vlyssem, qui me item solū suscipiens reliquit: nec ex me solatio sumpto, educatiōis labore pensauit. In cuius itē domo mille peruersi sunt homines. Quid enim optimates in insulis, Dulichio, Same, Zacyntho, seu apud Ithacam dominantur, tot uiri meam matrimonio petunt matrem, domum quoque uexant ac ustant. Illa nuptias quanquam infensas nō recusat, nec tamen finem rei facit. Illi obiter meam edendo edunt domum, ex quo me cum illa celeriter perdent. Sed hæc profectio in decrū uotis ac uoluntate cōsistunt. Tu uero Eumeus ad Penelopen accede, referq; illi quemadmodum saluus ex urbe Pylo redij: nūciabis autem soli, ne quis Acheorum audiat: multi nanque mihi mala trē & Lachiniantur. Eumeus: Noui hæc probe, inquit, intel. ligenti mandas. Sed dic mihi, uiāne eadem nūcius Laerti infeli ci uadam? qui donec Vlysses abfuit, maxime anxius opus domi uiā cum famulis facit, alioquin bibit editq; quando cupit. Nūc uero ex quo tu cum naui Pylum abiisti, non amplius illum edisse aut bibisse, neque item rem familiarem curasse dicunt: sed anxietate ac luctu moestus sedet, corpusq; ad ossa usq; tabescit. Ad hec Telemachus: Dolēdum sanè ait: attamē illum mittamus, cū sit hominibus cūcta quo uelint animo sponte suscipiendi potestas: si illa nobis cura, pri-
Telemachus Eu-
mē mit
tit ad ma-
tē & La-
chim. etem.
 mūtum.

ODYSSEAB

mum de patris reditu sumenda. Tu uero properas
quidem errando per agros ad Laertem, sed ad matrem
prius: que postquam de me audiuerit, famulam pro-
mam mittere clam maturet ei nunciatum meum ad-
uentum. Dixit, ac Eumeum impulit. Ille subito aptatis
pedibus calceis, ciuitatem petiit. Mineruam uero mi-
nime latuit eius discessus: sed haec forma pulchra ma-
lieri operumq; nobilium scienti assimilata, foris in-
xta stationem Vlyssi apparens substitit: cui Telemachus,
quod non nouerit, minime obuiam procepit. No-
enim omnibus dij manifesti apparent: sed Vlyssi tantum
canibusq; nota, qui minime allatruere, sed alio uagi-
tu quodam per stabulū expauere. Hec igitur super-
cilio tātum innuit: nouit Vlysses. Inde statim extra au-
lae murum prodiens, aduersus cōstitit: cui sic illa: Vlys-
se, inquit, tempus iam, alloquere filium, neque celestis
ut mortem procis ambo struentes, ad urbem usque co-
tendatis: ego uero non diu post uos adero, certamen
impellens. Dixit, & Vlyssem aureo presit baculo. Pri-
mum nāque nitidum pharum, tunicamq; circa pectus
posuit: corpus in pubertatem restitutum atro colore,
maxillæ protense, ac crines cerulei circa barbam ap-
paruere. Hec quidem ut factura rursus aliquid, pro-
tinus abscessit. At Vlysses in stationē redijt. Filius au-
tem admirans stupensq; cogitabat an deus esset: ita il-
lum compellans alloquitur: Alius nunc hospes atque
prius mihi uideris, alias itē uestes habes, corpusq; ab
simi

Minerua
Vlyssem
monet ut
filio se p-
dat:

simile: Certe d'orum aliquis es: sis aequus nobis, para-
 teq; ut grata tibi sacra, donaue auri uariata feram-
 mus. Huic Vlysses: Nullus sum, inquit, deus: qd me im-
 mortalibus cōparas? sed pater tuus, cuius gratia tu
 labores paras multos, uim hominum sustinens. Sic di-
 cens, filium est osculatus, lachrymas tunc in terrā fun-
 dens, quas antea retinebat. Telemachus uero patrem
 esse sibi minime persuadens: Non es, ait, profecto Vlysseus ^{Telema-}
^{ch' patr.} meus, sed potius me deus deludit, ut magis in lugē-
 do sim anxius: nullatenus enim uir mortalis hec pro-
 prius strueret ingenio, nisi deus aliquis ipsum facile iu-
 uenē simul & senē reddat. Nēpe tu nuper senex eras,
 ac lacera turpiq; ueste amictus: nūc dijs similis uide-
 ris. Telemache, inqt Vlysses, nō te admirari oportet;
 neq; enim ueniet huc Vlysses: sed ego ille qui multa pas ^{Vlysses fa-}
^{llo.} sus, post annū decimū in patriam uenio. Hoc opus tā.
 tum Mineruæ, que me talem fecit qualēm sibi placuit:
 potest nanq; quando q; pauperi, quandoq; item iuueni
 ornatis uestibus amictū similem reddere. Facile nanq;
 dijs hominem extollere, ac rursus eundē deīscere. His
 dictis, sedit. Telemachus uero circa patrem effusus in
 gemebat huberibus lachrymis, utriq; dulcis exorta
 cupiditas luctus. Flebat enim querulis modis uehemē
 tiusq; q; fulice, siue Aegypti aues incuruis unguibus,
 quibus agricole filios ē nido abstulere, ut ad uolatū
 educaret. Et profecto sic lugētes querentēsue sol oc-
 cidens uidisset, nisi Telemachus patrem compellando ^{Telema-}
^{di, chus.}

ODYSSEAE

dixisset: Quam pater te rate nante duxerit? enim
 tunc se esse dicunt: non te hic pedibus uenisse arbitratur. Ve-
 ra, inquit Ulysses, tibi nate loquar. Pheacenses nauic-
 ri me hic deduxerunt: qui et alijs quoque itineri deduc-
 cendis, si quando ad eos perueniunt, sunt auxilio, ac
 me dormientem in naui apud Ithacam posuerunt: domus
 insuper pulcherrima eris auriq; satis dederunt, ne-
 stum quoq; laborata, que omnia clam in speluncis do-
 orum uoluntate condiderunt. Nunc uero hic accepti
 ex Minervae preceptis, ut de peruersorum bonissem
 cede consilium incamus. Sed agendum mihi procos re-
 cense, ut uideam quot et qui uiri sunt: nam ego animo
 uersor, si nos ambo tantum sine alijs occurrere posu-
 mus, an necesse sit alios querere. Cui Telemachus: O
 pater, inquit, profecto tuqm semper magnam audire
 famam, quemadmodum et manibus es fortis et con-
 filio prudens: uerum nunc rem magnam stupendans
 dixisti. Nam ueros duos contra tot fortis pugnare dif-
 ficle. Porcorum enim non una tantum decas neque due,
 sed plures. cito enim hic numerum uidebis. Ex Dadi-
 chio iuuenes quinquaginta duo delecti, sex strenuos
 sequuntur duces. E same trintatiquor item iuu-
 enes. Ex Zacyntho uiginti Achaei. Ex ipsa Ithaca duo-
 decim, et omnes quidem fortis: cum quibus est Medea
 preco, et diuinus poeta, duoq; ministri cibi diuiden-
 di et ordinandi scientes, cum quibus omnibus si in pa-
 gna congregiamur, uim eorum nullo pacto sustinebis:
• sed

Telema-
 chus rec-
 set patri
 numerū
 procorū.

sed potius tecum cogita, si quem poteris fortem adhibere, qui nobis prompto animo sit auxilio. Tecum res putabis, inquit Vlysses, si nobis Minerua cum loue ad-
sit, adiutor emne alium queram? Boni projecto, inquit Telemachus, hi sunt adiutores, qui in altis habitantes
celi nubibus, hominibus dñisq; præsidet. Non enim, in-
quit Vlysses, longo illi tempore pugne aderunt, postq;
inter nos ac procos in edibus nostris commissa fue-
rit furore Martis. Sed tu cum primū illuxerit domū
propera, ac procos alloquere me uero postea Eume-
us ad urbem misero ac seni similem dacet. Si enim me
domi despiciunt, tu animum in pectore contine, ac to-
lerato, etiā si me pedibus foras extraxerint, sagittisq;
petierint: tu tantum aspiciens disimula, et bonis uer-
bis adhortare ut à stultitia desistant, qui minime ta-
men abs te persuadebuntur, cum fatalis illis dies ad-
sit. Aliud item dicam, tuq; mente conditum teneto: cū
Minerua in animum mihi induxit, annuantib[us] capi-
te. Tu uero intelligens, quæcunque domi arma iacēt,
in penetralibus altioris thalami suspendes ac colloca-
bis: quando uero illi huius rationem desiderabūt, dul-
cibus dic uerbis: Ex situ rubigineq; arma adserui lo-
cum mutando, quod non huiuscmodi essent splendo-
ris atque erant discedente ad Troiam Vlysse, sed tan-
tum adusta, quātum ignis uapore attinguntur. Prete-
re hoc mihi Iupiter mēti subiicit, ut nullatenus uino-
lenti inter nos pugnam ac uulnera commisceatis, men-

Vlysses Te
lemachū
instruit
quid factū
oporeat;
ubi ad p-
cos uene-
ring.

ODYSSEAE

famulasq; ac sodalitatem ueremini. Paratum namq;
 ferrum hominem trahit atque inuitat. Tu tantum no-
 bis solis duos enses & totidem hastas, totidemq; ex
 bubulis petibus scuta relinque: que inuadentes in me-
 nibus prompta sumamus. Illos deinde Minerva & lu-
 piter attonitos & imbellies reddet. Aliud item tibi di-
 co, tuq; mente conditum teneto, si uere filius ex meo
 sanguine es: nullus intus audiat Ulysses esse, neque
 ipse Laertes, neque Eumeus subulcus, neque familiis
 tuum ullus: non denique Penelope ipsa. Tu namque &
 ego faminarum probe nouimus impetum: famularū
 etiam ingenium experimur. Quisquis profecto me
 honorat, & animo quoque ueretur: at qui non curat,
 te quoque despicit talēm existentem. O pater, inquit
 Telemachus, meum profecto animū nosti: nō enim me
 chalibrosync habent, sed neque hoc usui futurū exi-
 stimo. Te autē cogitare hortor. cuiuslibet namq; ope-
 ra quādo ueneris, experieris eorū qui in edibus opes
 lacerant nostras, nec parcūt. Famulas item que tecū
 temnūt, queue immites existunt, te uincire adhortor.
 Famulos uero ego nolim nos tentare, sed post hæc cu-
 rare, si uere nosti Iouis prodigiū. Sic igitur inter eos
 loquebantur. Interim nauis que Telemachum ex Py-
 lo cū socijs tulit, Ithacam deducta est: qui ad portū ap-
 pulsi, ratem in terram traxere, armaq; ministri sedu-
 abstulere, ac è sentina dona pulchra extulerunt. Pre-
 conem in primis domum præmisere nunciatum Peuc-
 lo

lopie, quemadmodum Telemachus ex agro nauem insit in urbem deduci: ne suspicans ei malum, teneras ex ore lachrymas funderet: sed et forte preco C^r Eumeus eiusdem nuncij gratia apud Penelope conuenere. Preco in primis in medio famulorum ait: Regina, tuus charus rediit filius. At Eumeus propius astans, Penelope retulit quaecunq; Telemachus ei iusserrat. Vbi mandatum exposuit, ad portas abiit, edes ac moenia relinques. Interea proci modestia affecti et animo moerentes, statim ex edibus iuxta aulae murū excutes, ibidem contra fortes considerunt. Ad quos Eurymachus Polybi filius loqui coepit: O socij, quod magnū opus er arduus Telemacho iter ē absolutū, quod minime putabamus. sed agedum nauē quae sit optima expediamus, remigesq; cogamus, ut uelociter nūciet domū redeat. Vix ea fatus erat, quādo Amphinomus ē loco surgēs, nauē intra portū uidit: sociosq; qui ab insidijs Telemachi redibant, uela contrahentes, et remos in manibus habētes. Ex quo lepide subridens inter procos ait: Nullus iam nuncium festinemus mittere, jā socij nauem intra portū traxere, arma ministri ab eis abstulere: ipsi uero tantum nullo alio neq; iuuenū neq; scenum comitan te, in concionem simul conuenerunt. Inter quos Antonius sic ait: Hec quomodo Telemachū dīj ex nostris eripuerē insidijs. Nos diebus in summis montibus explorando consistebamus usq; ad solis occasum: noctibus uero nunquam in terra dormivimus, sed in pōto

Nūciam
Telema-
chus se-
dile.

Redeunt
ab insidi-
is proci.

Amphi-
nomus.

Antino-
us cōpeti-
toribus.

ODYSSEAE

navigando dicem expectauimus, si quo modo Telema-
 chum per insidias de medio tolleremus: at hunc donum
 deus in columnam reduxit. Reliquum est, ut hic illi ne-
 cem cogitcmus aliqua via, ne nos subterfugiat. Ipso
 nanque saluo, non est quod in his quae coepimus factis
 persecutremus. Ipse nanque animo prudens nostrum co-
 siliū nouit: populi quoque nō adhuc contraria omnino fer-
 tur. Sed maturate priusquam ille Achaeos in concio-
 nem uocet, non equidem illum rem neglecturum existi-
 mo, quin potius reminiscetur: surgensque omnibus re-
 feret, quemadmodum ei exitium parauerimus, nec ta-
 men affecuti: illi uero haec audientes mala minime tol-
 ebat, ac impetum propterea in nos facient, et ex
 nostris nos pellett scidibus nosque alienos profungi pa-
 temus populos. Quamobrem preueniamus uel in agro
 extra ciuitatem, uel in ipsa via perimere, eius deinde
 possessiones atque substantiam inter nos diuidamus.
 Matri uero ipsius portionem proprias dabit, qui ea
 coniugio sibi iunget. Si autem hec uobis sententia dis-
 pliceat, uelitisque potius cum uiuere, ac propterea sibi
 habere omnia, ne opes illi que animum satis augent,
 hic congregati edamus: sed quilibet ab incepto desi-
 stat, et alia quam Penelope extra has aedēs sibi qua-
 rat uxorem: haec uere illi nubat, qui plura maioraque
 tribuerit. Sic ait. Amphinomus uero ceteris tacenti-
 bus surrexit: Is enim procos ex Dulichio primum da-
 git, et unus omniū Penelope acceptus erat, quod ac-
 bis

Antinor
 consilii
 de Tele-
 macho ē
 medio tol-
 lendo.

Amphi-
nomus.

bis placabilibus mōteq; uteretur bona: O socij, inqt;, nequaquam ego Telemachum interficere uelim. graue nanq; progeniem extinguere regiam. Verum consilia potius deorū sciscitemur: si magni Iouis ius fasq; hoc permiserit, egomet illum interimā, aliosq; omnes. obruam: si autem abnuerit, desistendum censco. Huius igitur sententia cum omnibus placeret, statim surgentes ē concilio, domum Vlyssis petunt, ac ibidem in politis consedere thronis. Penelope uero cum ex Medōre precone, consilium de interficiendo Telemacho noscente, accepisset filio insidias à procis parari, cū annallis per aedes ad eos proceſſit: uittā ante genas elegātē retinēs, iuxtaq; aulae stationē pulcherrimā astans, Antinoō innuit, aitq;: Antinoē contumelioſe, ac scelerum hortator: nā te in populo Ithacēſi inter socioſer procos dicunt & consilio & lingua prestare, non tantum talis es uisus ignauē. Cur enī Telemacho mortem ac perniciem struis, neq; supplices curas quibus Jupiter est testis? Non fas inuicem mala infligere. An nescis, quod tuus buc pater uenit populū fugiēs ualde iratū, quod Taphios predones fecutus, Thesprotos, qui uobiscum in amicitia ac foederati erant, inuasit? Quamobrē interficere te uolebant, suauissimumq; de corde tuo abs te direpto cibum præparare: attamen Vlyſſes eos quanquam audios retinuit. Huius tu nunc domum perſide dedecoras, atq; edendo abſumis. Vxōren inſuper tibi queris habere, ac filium interimere,

ODYSSEAE

Terripel-
lis Anti-
moiani.
mus.

meq; ipsam magnopere afflictam reddis. Verum quod
scere te iubeo, aliosq; ite hortari. Ille uero: Penelope,
inquit, metum abs te abiice, neq; hec animo tuo medi-
tare. Non enim uir ullus est aut erit, qui Telemachus
tuo me incolumi ac terras aspiciente, manus injiciat.
Sic itaq; tibi dico, quod et omnino erit: sic statim sa-
guis hastam inficiat mea, ut mihi Ulysses sepe suis ad-
bibito genibus assamat carnem in manibus dedit, mi-
numq; rubru labris admouit meis. Idcirco Telemachus mihi omniū uirorū charissimus est, neq; ex uiris
procis eū morte aliquo modo formidare iubeo: at ex
deo uitare non est. Sic ait fidens animi. Ipse tamen Te-
lemachus exitium struebat. At Penelope in partem do-
minus superiorē ascendit, flens uirū charissimum Ulysses,
donec Minerua dulce immisit oculis somnum. Inter-
ea Eumeus subulcus uestperi ad Ulyssem et filium re-
diit: qui in tabernaculo prandium parantes, suum im-
molabat anniculum. Inter hec Minerua proprius aspi-
rit, baculoq; Ulyssem uerberans, in senem uertit, uecti-
busq; cum tristibus induit, ne uidens Eumeus nosce-
ret, ac Penelope nunciatum iret, menteq; excideret.
Ad quem Telemachus: Venisti tandem, inquit, Eumeus?
qua fama est in urbe? an proci superbi ex insidijs se-
domum receperunt? an adhuc domum redeunte pro-
hibet? Non mihi, Eumeus inquit, isthec uestigare aut
interrogare cure fuit. Ita mihi suafit aram, ut nūcio
exposuo statim hac redirem: tantum cōtigit, ut ex
cījs

cijs uelox m̄hi nūciās preco occurreret, qui primus
matri uerbum nunciauit. Aliud item dico & ipse ui- Eumæus
di, supra ciuitatem ubi mons est Hermeus ibam, cum nunciat
naucm confexi in nostrum portum descendente, mul procoere
tosq; præterea in ea viros multis refertos scutis &
hastis: ex quo illos esse putauit, non tamen scio. Sic ait.
Telemachus ridēs, patrem respexit, Eumeionq; nise
ratus est: qui postquam à labore quicuerūt, epulis ac-
cincti, animum expleuere. Vbi uero edēdi atque potā
di libido compressa est, dormierunt, dñeis cuptantes
munera somni.

ARGUMENTVM LIBRI XVII.

¶ Reuertens in urbē Telemachus, matri Penelopē pe-
regrinatiōis capita narrat. Deinde Ulysses ab Eumæo du-
ctus Ithacam ex agro, in procorum conuiuim ingredi-
tur: poetaq; narrat, quemadmodum canis dominum no-
uit. Eumæus in agrum reuertitur. Ulysses uero inter pro-
cos remanet.

ODYSSEAE

LIBER XVII.

Vi aurora apparuit, Telemachus for-
mosos pedibus calceos aptauit, hastāq;
manibus corripit, & in urbem profici-
scens, subulcū alloquitur suum: Eia nūc
in urbem co, ut me mater aspiciat, quam non puto un-
g iiii quam

Telema-
chus pro-
fecturus
hospitem
relinquit

quam à luctu et lachrymis quiescerit. Tibi autem mando ut hospitem ducas, ut ibi uictum mendicet: dabit erit quadram et corylen. Ego uero animi affectus, non omneis homine hospes enim hic siquidem irascatur dumque; facit: namque; me uera dicere Amice, inquit, non ego me retineri enim praeferat per ciuitatem que; per atare: dabitque; mihi quicunque; uoluer tabernaculis ac uillis retineri contsum, ut nutu cuiuis mandati obtenuam. Inque hic quem iussisti uir deduc estusque; aduenerit, nam grauiter has uereorque; ne me, quod procul dicitur ralis, stiba cundo affligat. Sic ait. Teleri pede, è tabernaculo mala processit. Vbi autem domum attigit, hasty longam columnam fixit. Ipse uero creditur: quem procul ueniente ubi aspexit, protinus ornatos thoros puiam lachryman lo procepsit: circa gi conuenientes, caput ei atque; humatur. Penelope quoque; ex thalamo aurea Veneri similis, cum lachrymam ingemensque; sic ait: Venisti tandem dulcis: non ego te amplius uisuru-

Vlysses Te
lemacho.

stiba

Tlema-
chus redi-
ens excipi-
etur a suis.

Pyram abfisti. Sed narrā queso, quomodo clām atque
 me iuīta ad patris nūcium uestigandum discesseris.
 Ad hēc Telemachus: Mater, inquit, mea, ne mīhi durū
 fugienti exitium magis excita luctū, animumq; in pe-
 store commoue, sed tu lota prius corpore uestes cape
 puras, ac in superiorem domus thalamum ascendens,
 noue omnibus dijs perfectas te facturam hecatōbas,
 si Iupiter forte precibus respondentia perficiat. Ego
 uero in forum obiter ibo, ut hospitem qui me inde us-
 que secutus est, uodem. Hunc ego cum meis socijs pre-
 misi, ac Piraeo mandaui illum ad domum usq; ducen-
 ti, ut donec uenirem curaret, atq; honoraret diligen-
 ter. Vbi hec audijt Penelope, ocius corpore lota, mun-
 das induit uestes: omnibus uouit dijs se se perfectas fa-
 cturam hecatombas, si Iupiter facta precibus respon-
 dētia perfecerit. Telemachus deinde ex edibus abiit
 hastam habens, quem canes comitātur cunctem, immē
 saq; Palas gratia decorauit: populi uero pretereun-
 tem admirabantur. Ad eum proci frequentes conue-
 nere, bonum ostentantes animum, malum uero in pe-
 store retinentes. Ipse deinde turbam aliquantulum ui-
 tans, ubi Mentor et Antiphus et Alitherses erant, se
 sc̄ecepit. Hi ab initio paterni erāt amici. Hic igitur
 consedit, illi singula interrogauere. Piraeus inter hec
 proprius acedens, cum nō longe sequeretur, hospitem
 in forū per ciuitatem duxit: uersusq; ad Telemachū,
 ait: Iube famulas Telemache ad domum properare

q v me

Piraeus Te
lemacho.

meam, ut dona tibi mittam quæ M
Telemachus: Nescimus, inquit, Pir
aut quem sortiantur exitum facta
clam per insidias interficientes, p
omne inter se distribuerint, nō te, s
uelim illis priuari. Si autem ipsis
tulero, tunc eadem tu mihi lēto ad
tus gaudensq; feres. Sic dicens, ho
mum duxit: quam ubi attigerunt, la
ris positis in balnea pergentes lau
mulæ oleo unxere, molles deinde li
Mox ex lauacro prodiētes, thoris
turnium minister cum aureo opisto
tecum lebetem ad lauādas manus eff
xta politam parauit. Cererem uerc
bosq; multos ex præsentī copia app
eōtra ī tenui lecto aduersus ædiū st
lū uertēs. Epulis itaq; paratis illi n

Penelope bus mox exaturatis Penelope sic a
Telema- quidem in superiorem domus thala
cho.

lecto dormio, qui meis continuo lac
est perfusus, ex illo quo Vlysses sim
expeditionē discessit. Rogo igitur

Telema- domum proei ueniant, refer sicubi
chus ma- patris audieris. Cui Telemachus:
tri de sua uera narrabo: Pylum ac Nestorem
navigari cne. tem nos excelsis in lectis excipiens,

ac ueluti pater filium peregre nuper uenietem, sic me
ille unā cum suis filijs exceptit. De Vlysse tamen nec uō
neq; mortuo ex nullo mortalū unquā audiuit, sed
ad Menelaum nos unā cū equis & curribus misit. Hic
Helenam uidi, cuius gratia Argai ac Troiani deorum
consilio multa sunt paſsi. Meq; deinde interrogauit,
quid querens Lacedaemoniā uenisssem. Ego uero omni
an ei ueritatem narravi. Vnde ille exclamās: O igna-
uos, inquit, homines qui in thoro uiri fortissimi cube-
re uolunt, ueluti cerua in sylue recessu in leonis cubi-
licatulos nuper natos locans, ipsa per saltus discr-
rit altas pascendo ualles: at ille cubile repetens, matri
ac natis fatum affert: sic Vlysses illis perniciē tulerit.
Vtinā, Iupiter pater & Minerua & Apollo, talis es-
set, qualis aliquādo apud Lesbū cū Philomelide exur-
gēs in certamine luctatus est, cumq; ualde disiecit, ex
quo Achei oēs letati sunt: talis inquam existens, nunc
cū procis in pugna cōgrederetur, oēs profecto ueloci-
ci morte perirent, amarumq; thalamū sentirent. Hec
que interrogas & obsecras neq; ego te celabo, neq;
alia preterea dicā q̄ que mihi senex dixerit marinus.
Vlysscm enī retulit in domo esse Calypsus, ab eaq; per
uim retincri duros patientē labores: neq; propterea
in patriā redire potest, cum nec naues, neq; remiges,
neu etiā socij qui illū reducāt, sint ei presto. His à Me-
nalaō narratis, ego statim hēc omnia obiturus abscess-
si: dij prosperū dedere uentū, q̄ me in patriā deduxit.

Te-

Telemachus igitur cum hæc narrat

Theoclytus nehementer est commotus. Tu
menus uazticinatur
Penelopæ manifesto nouit: meam nunc accipit
de Vlysses tibi omnino uaticinabor. Sciat an-

mum, mensaq; hospitalis, et domus
quemadmodum Vlysses iam in patru-

ue ingrediens, hæc improba procor-

exitium meditatur, ut ex augurio

Penelope apparuit, ipse tunc in nauis sedens a-

quit Penelope, hospes hoc nobis eu-

rem in te meū, multaq; ex me mun-

forte intelligat, te beatū dicat. Tal-

loquebātur. Proci interca ante VI-

ac sagittis inter se supra pulchrum

probris prius contaminauere, lude-

ro cœnandi tempus erat & oves es-

dig; quiq; illas antea ducebant, qui

eis Medon, qui unus inter precon-

ceptus erat, & in epulis astabat: lu-

do omnes ludis & certaminibus at-

uenite ad epulas domum. nihil en-

cst hora cœnam sumere. Sic ait. At

statim abidere, ubi lenas ante omnia

suere: deinde magnas oves capras

immolantes, epulis parauere. Vlyssi-

Medo ad
procos.

Vlysses &
Eumeus

ad urbem
maturans

quibus Eumeus ait: Hospes in ciuitatem ire contēdis
hodie, ut meus iusfit herus: ego te profecto stabulorū uer.
illius custodē fieri uoluisse: sed illū uereor timeoq;
ne postea irasceretur: duræ sunt domini minæ. Sed
age nūc eamus. nam dics maxime transit, iamiam ue-
speri peius fuerit. Nosco, inquit Vlysses, intelligo: hæc
deniq; intelligēti memoras: attamen eamus, tu me de
inceps ducas. da tantum mihi sicubi sit, clauam ad in-
nitendum apta, quoniam uiam dicitis lubricam atque
arduam esse. Dixit, ac circa humeros peram sordidā
ualdeq; laceram suspendit: ex altera parte ensis erat
intortus: sceptrum uero laxitatis refugium, quo in:ū
teretur, ei Eumeus dedit. Iter ambo ingrediūtur: sta-
bulum quoq; canes & bubulci post eos remanētes cu-
stodiunt. Eumeus in ciuitatem dominum duxit, pau-
peri misero ac seni uilibus uestibus amicto ad simila-
tum. Iam prope urbem erant, & ad fontem manu fa-
ctum pulchriq; fluentem ibant, unde ciues aquam su-
mebant, quem fecit Ithacus & Neritus & Polyctor:
circā ncmus erat alnorum in aqua uotrituorum circū
ambiēs: frigidaq; ex alta petra fluebat aqua. Ara quo
que suprā nympharum, ubi omnes uiatores resipiscē-
tes quiescebant. Huc eos duxit Melanthius Dolij fili-
us capras agens, quæ omnibus gregibus prestatabant,
coenam procis futuras. Duo simul sequebantur pasto-
res. Hos itaq; uidēs iurgijs incēpit, ac perperam per
ignominiamq; uocauit, ex quo Vlyssiš animū magnō-
pere

Melāthi
iurgia in
Vlyssen.

Melāthi
us Vlysse
calce fe-
rit.

pere concitauit: Eia q̄ bene nunc
cit, o q̄ similē deus, o q̄ similē iūn-
torem ducis magne subulce, egēt
consumptorē, qui multis in limi-
uit, quadras rogando, non enser-
dederis stabulorum aut gregis
taq; hōdis pascendis ferre, scri-
gnam uorabit mulstram: at po-
las, opus facere detrectabit: qui
mendicans ac mensas, uentrem
re. Sed tibi hoc affirmo quod
deis accedit, multa per domi-
cta, latera ipsius conterent. Sic
ritatem cum aggrediens atque
tijt: nec illum propterea semita
sit. Vlysses uero secum animo m-
quatiens uitam ei eriperet, an
do terrae caput illideret: uerum
mumq; retinuit iratum. Pastore
ciens iurgauit, manusq; insuper
phe fontales Iouis filiae, si unqu
ne agnorum et hōdorum crur-
plete desiderium, ut uir ille redi-
reducat incolumem, ut ambo tu-
daciā, quam nunc insultans p-
dus per urbem eas, maleq; pas-
dant tuas. Hhic rursus McLant

est canis hic moriturus, quem ego quandoque in nau-
i procul ab Ithaca ducam, ut mihi affatim uictum que-
ritet. Sic hodie Apollo Telemachum arcu iaculetur,
aut à procis de medio tollatur, ut Ulysses spes reditus
periret. Sic dicens, illos ibidem paulatim ambulantes re-
liquit: ipse domum dominicā propere petijt, statimq;
intro ingressus, inter procos contra Eurymachum se-
dit, quem maxime diligebat. Huic itaque illi qui men-
se praeerant, carnium partem apposuere, ceterē ue-
ro proma pudica ad edēdum tulit. Ulysses interea Eu-
meusq; uenientes proprius astitere, ac cithara sonum
audientes, quod Phemius musicus in coniuio cancret,
Ulysses manu Eumeum impellens: Eumece, inquit, pul-
cibræ Ulyssis edes faciles sunt cognitu, & inter mul-
tas deprendi possunt: nam cum cætera pulchra, tum
maxime aula que muro ac turribus supereminet, pot-
te item bifores affabre laboratae sunt, quas nullus su-
peraret. Nosco quoque quod in ipsis plures epulātur
ex nidore ciborum ad nos ueniente. Cithara denique
resonat, quam dij sociam mensē fecerunt. Eumeus ue-
re: Nostri, ait, facile quidē, quod ut in ceteris, sic et in
hoc minime imperitus es. Verū cogitemus quonā mō
rē probe agamus, seu tu primus domū ingredere, ac
inter procos consiste, ego uero hic remanebo: seu ma-
uis hic expectare, & ego præibo. Nec tu propter eū
ualde morabere, ut nullus te mendicū aspiciēs extra
edes ejciat ac expellat. Nosco, inquit Ulysses, Itelligoq;
tu

Phemius
musicus.

ODYSSEAE.

tu igitur preibis, ego te hic expectabo; non enim plagarū impulsionumq; inscius sum. Sustinere quidē aīēmus poterit, quando tot mala & in mari & in bello sum passus, illis etiam hec accedant. Ventrem enim sa me incitatū nullo modo celare aut disimulare licet, qui multa hominibus mala infligit: cuius etiam gratia naues armantur, in pontoq; discurrunt incomoda miseric inferentes. Sic igitur inter se colloquebātur.

Veteri mul
torū cau
sa.

Vlysses ab
Argo ca
ne cogno
scitur.

Vlyssis autem canis, Argus nomine, capite et auribus inclinatis iacebat, quem ille nutrit quidem, nec ex eo fructum aut solatium cepit, quod ad Ilij expeditionē sit profectus. Hunc igitur iuvenes prius contra sylvestres capras & damas & lepores ducebant: tunc vero absente Vlysse abiectus in multo iacebat fimo, qui ante fores domus & mulorum & boum multis, se multi postea simul coactum ad agrum stercorendū serret. Hic itaque canis satur caninis escis cubitabat. Vlysses uenientem protinus agnouit, canda blā diebatur, utrāque erigens aurem: propius autem ad suum dominū accedere nō adhuc uoluit. Quē ille procul aspiciens, clam Eumeo lachrymas ex ore fluētes sibi abscessit, ac eum statim alloquitur: Mirum Eumeū ut canis hic in fimo iaceat, cum prestanti sit corpore. Non nouit tamen in hoc affectu si celer est cursu, uel potius quales affectus mensarū aut uirorū canes esse solent, ac animi causa domi nutriuntur. Etenim, ait Eumeus, canis hic uiri est procul hinc extincti, q; si & corpore ei opere

opere taliſ effet, qualem ille ad Troian proficiſcēs re
liquit, statim ipſius & uelocitatem & robur admirā
reſis. Nullam enim effugit in saltibus ac syluis feram
quā uidiffet, quin cursu ſuperaret: nunc mœſtitia tor
det, quodd dominus huic procul à patria perierit. Fa
mule uero tristes cum minime curant: famuli quoq;
uoſtquam domini rebus deciderunt, non amplius que
id eorum pertinent officium, agunt.

Dīmidium ſane ingenij deus abſtulit illi,

Ingenii
ſervitores
perit.

Qui in miseraſ ſeria fortunam uenerit unquam.

Sic dicēs, domum ingreditur, ac rectā ad procōſtē
lit. Argus uero canis anno poſt uiceſmo ubi dominū
nidat, ſubito morte captus perijt. Eumeum autem Te
lemaſchus procul uenientem per aedes confſiciens, ut
id ſe iret annuit: hic autem uestigans ſellam iacēteſ
accipit, mensamq; domino protinus locauit, ubi diſpē
tator carnes multas prociſ distribuebat, cōtrā uero
ipſe ſedebat, cui preco partē appoſuit, cereremq; ca
uiftris expedijt. Poſt illum paulo poſt, Vlyſſes domum
& ipſe ingreditur, mendico miſero ſeniq; ac uestes in
luto laceras ſimilis, ſupraq; fraxineum pauimētum
nra foræ aſſedit, innixus limini cypariſino, quod
uandoq; architectus expoliuit affabre, ac ad perpē
ciculum direxit. Telemachus iigitur uocans Bumēū,
lit: Panem ē canistro quād delicateſ, & carnis quan
um manus ſint capaces ſumito, ferq; hospiti, ac iube
illum omnes rogarē procos: egenti nang; uiro pudor

Pudor me nequaquam est utilis. Subulcus uero
dico inu- rans, ac iuxta consistens: Hospes, in
ciliis.

machus dat, atq; iubet te procos o
ti uiro pudor non utilis. Quo uiso,
utinā Telemachus inter homines locu
stat, ac cuncta quae mente uoluit, ei
Dixit, Et utraque manu ea accepi
ra que ad pedes erat, condidit. C
musicus in mensa caneret: desitq;
ci uero simul in edibus conuenere
pe astans, Vlysses impulit ut qua
geret, nosceret quinam sunt et qui, e
at ulli paenam uitare liceat. Acce
bundus, cui libet manum ubique pe
si diu mendicus extitisset. Illi uero

Vlysses
mendica
cim adit
procos.

ac inter se mirati interrogabat, qu
unde ueniret, quibus Melanthius p
Audite me proci paulisper de hoc t
antea illum uidi, subulcus uero huc
tis noui cuias sit. Antinous uero a
sus increpando: Cur tu, inquit, hu
sti? an non satis egentium et paupo
mitosorum apud nos sunt frugum
tuperas quod hi rem edant heri t
hunc etiam si quid deerat, ipse acce
sus: Antinoe, inquit, non equidem p
hoc dixisti. quis enim hospitem ali

Antinoe
succenseret
Eumeo
propter
mendicū.

tens alii, nisi opifex sint, uel uates, aut medicus seu
 architectus lignarius, seu etiam poëta, qui cantando ob-
 lectet: hi sane uocati sunt in orbe: gentem uero et me-
 dicum, qui sibi met est incomodo, nullus uocat. Sed tu
 continuo preter omnes procos famulis Vlyssis, pre-
 fectim mibi durior es ac grauior, attamen ego minime
 uero donec Penelope et Telemachus uixerint. Cui Te-
 lemachus: Desine, inquit, subulce: nec pluribus respon-
 de. Antinous duris iurgare uerbis, aliasq; impellere
 continuo solet. Deinde ad Antinoum uersus: Profecto
 ut pulchre, inquit, uti pater filium curas atq; amas
 Antinoe, qui precipis hospitem ab edibus exire meis
 ierbo violento. Ne hoc deus faxit: non equidem inui-
 leco, non age sero si que tu accipis, illi des. Hortex te-
 rgo, ne meam matrem aut alium ministrum in Vlyssis
 lomo despicias. sed ne tibi hec mes in pectore sit: ipse
 tamenque plura uis uorare quam dare alijs. Telemache, in-
 quis Antinous, superbe loquens iram comprime quam
 ando ostendis: si proci omnes illi tantum darent, cer-
 e domo procul hinc tribus mensibus retineretur. Sic
 ut, ac scabellum capiens, quo sub mensa edes pedibus
 nsistebat, ostentauit: at ceteri omnes dedere, peraq;
 sane et carnibus refererunt. Vlysses igitur cum men-
 ses gustaturus esset, misericordia procorum proprius
 Antinoo per pavimentum accessit. Da queso, inquit,
 unice. Non enim insimus omnium uideris Achaeorum esse,
 sed optimus potius, quod regiam pra te feras indole.

Telema-
chus infe-
lenti An-
tinoe.

Vlysses
mendicus
Antinoo.

r ij Quam

Quamobrem te dare & melius v
tet. Ego quoq; te per immēsam ter
ego inter homines domū diuitem h
ranti ac inopi dedi, qualiscunq; ess
Erant autem et mihi famuli mille, a
homines uiuunt & beati uocantur
cidit: sic enim uoluit, qui me simul c
quò uersus errantibus impulit in
gum sane iter ut perirem. Naves
men constitui: hic iussi socios exp
stodire, exploratoresq; sciscitatur
qui contumelia & iniuria usi, ac p
bus, Aegyptiorum pulchros depo
uxoresq; ac liberos abduxere, ip
runt: ex quo fama celeriter ad urb
ptij clamorem audientes ubi primū
Campus omnis equitibus & pedi
ro refertus, Iupiter autem nostris
sit, qui nec illos sustinere neu resist
que mala & plurima mortis imag
multos ex nostris ferro perimeru
abduxere ad opera coactos, me au
hospiti Dmetori Iasii filio, qui Cy
dederunt, qui me eò deduxit. Inde
ta incōmoda passus. Ad hæc Antino

Antino^o malum deus hanc pestem conuiuij
mendico. huc duxit? Absiste hinc in mediū a

ram tibi Aegyptum ac Cyprus uideas: tu quidem impudens et audax es medicus. Deinceps omnibus his
 asta qui citra respectum tibi dabunt, quod nulla res prohibeat, nec ulla sit opus misericordia ex alienis largiri, quibus horum quilibet abundat. Vlysses uero ab
 sistens: Heu, inquit, non tibi proterue mens ulla est, nec
 tu salē tua profecto ex domo dares, qui nunc cibis alienis assistens, non mihi sustines, cum multa adsint, aliquid de mea remittere. His ab eo dictis, Antinous magis animo iraq; incensus est, ac illum torue afficiens:
 Nunc te, inquit, ex edibus non puto pulchre discessurum, quoniam iurgia dicis. Sic ait, et scabellum corripiens, Vlyssis dextrum humerum precipitem impulit.
 At ille more saxi firmus manxit, neque iaculo Antinoi quoquam commotus est: sed tacite caput mouens, cxitum illis secum meditabatur. Rursus igitur per aula ingrediens, humili consedit, procosque alloquitur: Auditte proci Penelopes quecumque dico, quoue animus horretur. Non enim mihi dolor aut luctus quemadmodum uiro qui de suis possessionibus seu bubus, siue ouibus certans expugnatur: sed me Antinous uentris misericordia cecidit, qui multa dat hominibus incommoda: sed si pauperum usque dij et Erinnyes sunt, Antinoo ante nuptias exitus uite adueniat. At ille: Hospes ede, inquit, libes et adsidens, uel abi alio, ne te iuuenes talia dicentem per domum pede aut manu trahant, laceretque totum. His dictis: ceteri alij indignati nimis egre

Vlysses q-
ritur pro-
cis iuris.

ferebāt: ex quo quidam ex i-
non equidem pulchre cecidi-
det te si usquā deus supra cæ-
enis hospitibus assimilati in-
tates euertunt, hominum in-
cientes. Sic igitur proci di-
ba minime curabat. Telemo-
xit luctū Vlysses percussus:
ex ore fudit, sed tacite capi-
meditabatur. Ut igitur plaga
pe audijt in ædibus, ad fam-
Apollo percutiat. Cui Eury-
am nostrarum filius execra-
in crastinum perueniret. Ha-
me, inimici quidem omnes quod
dicandi. Antinous autem a-
parandus. Nam quidam m-
edes errat rogabundus (eg-
quam alij omnes impleuerint)
solus dextrum ei humerum
dit. Hec igitur dum sic int-
thalamis, sedens Vlysses cor-
Eumeum subulcum uocans
hosptitem huc accedere, ut i-
quam de Vlysse audiuerit, a-
rabundo similis uidetur. F-
qualia hic loquitur. sitacer

Penelope
mendicū
accersiri
iubet.

Eto tuū leniret ac demulceret. Tribus enim noctibus
cum illic in agro habui. tribus quoq; diebus in taber-
naculo tenui. Primum namq; me ex nauī fugiēs petiūt,
sed nondum labores omneis quos est passus, narrando
explavit: sicut enim cantorem qui dixinitus sit, ac car-
mina mortalibus dulcia canat, vir miratur: sic ille at-
tentū domi audientem tenet. Dicit enim Ulyssis hospi-
tem se esse paternū in Creta habitantem, ubi Minois ē
genus. Inde ille uenit multos patiens labores ac nau-
fragia, affirmatq; se uidiisse Ulyssem apud populū The-
sprotorū uiū eſe, multas quoq; secū opes domū fer-
re. At Penelope: Huc cū uoca, inquit, ut corām ipſe lo-
quatur. Hi enim proci ſeu foribus aſidētes edūt, ſiue
hic per aedes, illius animus eſt hilaris. Ipsiſorū uero poſ-
ſiſiones incorrupta et incolumes domiſiunt, frumē-
tum et dulce uinum eorū ſerui abſumunt, ſed domini
in noſtris edib⁹ conuertantur: ſingulisq; diebus bo-
ues ouerq; ac pinguis capras ſacrificat̄ epulantur,
rubrumq; bibūt uinū, multaq; eōſumuntur, nec ſpero
impune: non enim vir eſt, qualis erat Ulyſſes, peſtem à
domo repellere aptus. Nam ſi in patriam ille rediret,
ſtatim uia cum filio uim procorū propelleret. Sic ait.
Telemachus uero ſternutauit, ac per domum ſonitus
magnopere auditus. Penelope autem riſit, ad Eume-
umq; conuerta inquit: I, propera, uoca mihi hospitē cor-
ram. num uides quod in ſingulis uerbis filius ſtorna-
uit? Quanobrē mors procorum iam puto ſequetur.

Sed aliud tibi dico, tuq; mente conda
lum uera omnia referre nouerim, i
chraq; tunica. Sic ait. Subulcus aut
audijt, properat, propeq; astans, ait
nelope Telemachi mater te uocat, u
patitur, indaget de uiro quicquid.
Si enim te uera loqui inuenerit, lena
uestiet: panem uero ac cætera qua t
lum rogando, uentrem pasces. Is a
dabit. Ego enim, inquit Vlysses, omn
icari filie dicam. Noui enim probe
que sustinuimus calamitatē: sed pro
subtimeo turbam, quorum iniuria e
um penetrauit. Etenim nunc uir bic
tem, nihilq; mali agentē feriens, dole
Telemachus, neq; item alius hoc pro
tem Penelopen iube domi expectet, o
tem, usq; ad solis occasum, ac me de
percontetur, proprius tamen igni ass
hi tristis laceraq; sit uestis, tuq; opt
te primum rogaui. Subulcus ubi ma
statim properat, quem Penelope pro
tem aspicies, ait: Non hospitē ducis I
in hoc uidit erro, an forte aliquem i
ueretur male per domum uenire ue
rus? Cui subulcus: Probe, inquit, loc
us quoq; excogitaret, iniuriam uit.

Bominum: quamobrem te usque ad solis occasum expectare iubet: sic lōge melius ḥ regina putauerim hospitem alloqui simul et audire. Non stulte, inquit Penelope, hospes cogitat quod forte accideret: non enim seque atque hi homines illudentes, iniquaque machinantes reperiuntur. Sic ait. At subulcus postquam omnia absoluit mandata, ad procorum turbā se recepit, prius Telemachi auribus caput admouēs. Ne ceteri audiēt: Here mi chare, inquit, ego quidem reuertor ad porcos: illic enim mihi tibique rem custodio. tu uero hic omnia cura, te ipsum primū scruta, ac animo cogita ne quid patiaris: multi namque tibi Achaei mala cogitāt, quos utinam Iupiter prius perdat quam nobis incommodum obueriat. Sic ut ait, inquit Telemachus, erūt omnia: tu nunc uestpertinus abiugane autem pulchras buc duces uictimas. Intercabec mihi ac diis omnia cure frucent. His ab eo dictis, subulcus protinus in thoro consedit, ciboque ac potu satur ad suos discessit, auerlanique conuiuijs plenam reliquit, qui saltatione et catu simul gaudebant: iamque diei serum aduenierat.

ARGUMENTVM LIBRI XVIII.

Vlysses & Irus Ichacen filii pugillatu certant. Penelope sese procis ostendit, a quibus & dona accipit. Fix & locutio quædam deinceps Vlysses & Eurymachus.

ODYSSEA

Sed aliud tibi dico, tuq; mente c
lum uera omnia referre noueris
chraq; tunica. Sic ait. Subulcus.
audiit, properat, propeq; astans
Penelope Telemachi mater te uoca
patitur, indaget de uiro quicquid
Si enim te uera loqui inuenerit, la
uestiet: panem uero ac cætera qui
lum rogando, uentrem pascet. I
dabit. Ego enim, inquit Ulysses, o
Icari filie dicam. Noui enim pro
que sustinuimus calamitatē: sed p
subtimeo turbam, quorum iniuria
um penetravit. Etenim nunc uiril
tem, nihilq; mali agentē feriens, d
Telemachus, neq; item alius hoc p
rem Penelopen iube domi expecte
tem, usq; ad solis occasum, ac me
percontetur, proprius tamen igni
hi tristis laceraq; sit uestis, tuq; c
te primum rogaui. Subulcus ubi
statim properat, quem Penelope p
tem aspiciens, ait: Non hospitē duci
in hoc uidit erro, an forte aliquis
ueretur male per domum uenire
cūs? Cui subulcus: Probe, inquit,
us quoq; excogitaret, iniuriam u

bominum: quanobrem te usque ad solis occasum expectare iubet: sic lōge melius ò regina putauerim hospitem alloqui simul & audire. Non stulte, inquit Penelope, hospes cogitat quod forte accideret: non enim aequa atque hi homines illudentes, iniquaque machinantes reperiuntur. Sic ait. At subulcus postquam omnia absoluit mandata, ad procorum turbā se recepit, propius Telemachi auribus caput admoveat. Et ceteri audiēt: Here mi chare, inquit, ego quidem reuertor ad porcos: illic enim mibi tibiq; rem custudio. tu uero hic omnia cura, scipsum primū scrua, ac animo cogita ne quid patiaris: multi namque tibi Achaei mala cogitāt, quos utinam Iupiter prius perdat quam nobis incommodum obuersiat. Sic ut aīs, inquit Telemachus, erūt omnia: tu nunc uespertinus abi, mane autem pulchras buc duces uictimas. Interea hec mibi ac dijs omnia cure fuerint. His ab eo dictis, subulcus protinus in thorō consedit, cibōq; ac potu satur ad suos discessit, aulamq; conuiuijs plenam reliquit, quā saltatione & cātu simul gaudebant: iamq; diei serum aduenierat.

ARGUMENTVM LIBRI XVIII.

Vlysses & Irus Ichacensis pugillata certant. Penelope se procul ostēdit, à quibus & dona accipit. Fix & collocando quedam deinceps Vlysses & Eurytmachi.

ODY

LIBE

Irus Vly-
sem iurgi
is incessit

P Rodijt & paup
Ithacam mendi
cum continuo
re, uis alias ei n
rus, cui nomen Arne o ex
niiores uero cuncti Irū voc
ciū ferebat more Iridis. I.
mū usq; i secatabatur iurg
nex, ne statim pede trahar
innuit oculis ēte trahi ad
sed oro propera, ne subit
tio. Hūc Vlysses torue aspi
gt, ignauū facio neq; uoco
quāuis plura accipiēti. Ho
uimentū erit: neq; itē te ali
& tu quoq; mihi quemadm
as dij dant soli: manibus aut
aut irritabis, ne pectus osq;
ne fœdatū reddā: qes & mu

Vlysses, p-
vocat Irū
ūcertamē. gurges uelociter loqtur, uet
male cogitarē, utraq; manu
tū oēs ut ex sue maxillarū d
nūc ut oēs nos cognoscāt ee

Admodū tu cū seniore cōcurras. Sic illi certati supra
 l'ue pavimentum pro foribus litigabāt: quos Antino-
 us ubi uidit, ridens ad procos ait: O socij, nunquā tale
 antea contigit, quale nūc oblectamentum deus in hāc
 domum adduxit. Hospes & Irus inter se manibus cer-
 tare cōtendūt: sed uideamus. Ad hec illi cacibinnū ex-
 tulcre, ac circa pauperes miseris cōuenerūt. Rursus
 igitur Antinous: Audite, inquit, proci quod dico, uen-
que nullus amplius domi dedecus
nosco ineligoque & bona &
paruus eram. Attamen hæc aspi-
rauimus, oves imperfectas, quinum
absumptum. Durum profecto m-
sed ne quæso tēdite ultrā malis i-
ro inter sicere contenditis, nempe
longe præstat semel mori, quam
facta aspicere. His dictis, illi in silen-
tio tādem Agelaus Damastoris
lus contra ius fasq; uerbis irrit.
alijs famulorum in Ulyssis domo n-
ebo autem & matri eius humar-
si uobis ambobus animo placet, &
sem domum redditurum, tunc nu-
retinere aut manere in ædibus p-
us. Nunc autem hoc iam man-
fiplius redibit. quamobrem tu ma-
camq; exhortare ad nuptias eius
um fuerit, ac plura dederit, ut ti-
quemadmodum cupis disponas a-
edens, bibēs: illa uero altam petat
Icmachus. Non Agelæ, inquit, po-
res patris mei, qui longe ab Itha-
rat: nihil moror matris meæ nup-

Agelaus
procis ut
nuptias
maturent

re cui maxime uoluerit. Immensa etiam tribulant do-
na, uereor tamen inuitam uerbis inducere, ne hoc de-
us faciat. Sic ait. At procos Pallas maxime ridiculos
reddidit, mentem illis alienando, qui iam maxillis no-
uis atque alienis semicrudas carnes edebant: oculi au-
tem eorum lachrymis fluebant. impetus animi luctum
excitauit. Inter quos Theoclymenus ait: Ah miseri,
quod malum hac nocte patimini! capita uertuntur ex-
ultus, & inferius genua labant, fletus oritur, gene
lachrymis perfunduntur, sanguine item fluunt muri
& contignationes. Idolorum insuper plenum uestibule
lum, et plena ambulantium aula, Erebis sub tenebris,
& sol sub caelo perijt, mala percurrit orbem nebula.
Riserunt omnes uehementer super ipso, inter quos Eu-
rymachus: Insanis, inquit, hospes alio uagans: at uos
iuuenes foras eum in forum mittite, quoniam haec no-
sti similia uidentur. Cui contrà Theoclymenus: Non
te, inquit, iussi Eurymache mihi duces cudi prebere.
Sunt enim mihi & oculi et aures et ambo pedes, mens
etiam in pectore nihil inquinata, quibus egomet sane
exibo foras, quando malum uobis euenturum video,
quod nullus neque effugiet, neq; evitabit procorum:
qui in domo Vlyssis homines deludentes, iniqua perse-
tratis. Sic dicens, exiit ex edibus, iuitq; ad Pireum,
q; eū prop̄e exceptit. Proci autē oēs inter se afficien-
tes, Telemachum irritabant super hospitibus ride-

Minetos
procōs de
mētes red
dit.

ODYSSEAE

tes. Quidam uero ex iuuenibus illis admodum superbus: Telemache, inquit, nullus profecto te in hospitium excipiendorum delectu inceptor. Hunc famelicum medicum cur domi habes, pane uinoq; indigentem, neque item operi obeundo aptum, neu uiribus firmus, sed tam tum terre onus inane? Alius autem quidam surgens: Quin, inquit, si quid mihi eredis, hoc matre me prestat: Hospites hos in naui collocatos in Siciliam mittamus, unde digna tibi uenditione merces eueniat. Sic itaque proci dictabant. At Telemachus nime curabat, sed patrem tacite aspiciens, expelbat donec ille manus in eos iniiceret. Penelope uero in sella sedens aduersus eos, singulorum audiebat uerba. Cœnam itaq; dulcem & suauem hi ridiculi fecerat, qui ut uentrem explerent, multa sacrificiorum auctare animalia. Epulis alioqui ipsis nullæ ingratiores fere, quales dea Minerua et uir fortissimus Ulysses probituri erant, quam illi prius nefaria perpetrassen.

ARGUMENTVM LIBRI XXI.

¶ Penelope arcum tendenti nuptias suas proponit. Ulysses autem Eumeo & Philætio custodiam portarum mandat. Ipse arcum per securis dirigit, nemine illum edere valente.

ODYSSEAE

LIBER XXI.

PENELOPAE autem Minerua in animo posuit, ut arcum ferrumq; nitidum procis daret, certamina uidelicet cædisq; initiū in ædibus futurum. Quamobrem scalas domus alas ascēdit, corripitq; manu formosa ænæ pulchrāq; incuruam clauem, cui capulum eburnum erat, ac cum ministris in thalamum uenit ultimum, ubi herilis erat thesaurus, æs, aurum, ferrū uarie laboratū.

Hic arcus iacebat retortus, ac pharetra sagittarum receptaculum: ubi grauia multa erant tela, quæ dona Iphir^u hospes Iphitus Eurytides Lacedæmonem assecutus de tides, dit, qui simul in domo Ortilochi apud Messenam inter se conuenerunt. Huc siquidem Vlysses uenit ad æs alienum exigendum, quod ei populus omnis debebat. Messenij nanque oves trecentas ex Ithaca simul cum pastoribus nauibus tulere. Harum igitur gratia uiam hanc admodum longam Vlysses admodum iuuenis legatus suscepit, quum eo prius pater alijq; senes iuis sent. iuit et Iphitus equas querens, quæ illi perierant duodene, ac sub illis muli, quæ uè ci postea cædis ac fati causa fuere, quod Herculem magnanimum Iouis filium, magnorum patratorum operū petiere, qui Hercules proditorae hospitiq;

ii ij mi

ODYSSEAE

miser qui deorum religionem, nec mensam hospitalem
qua ei praebuat ueritus est. Equas ipse sibi habuit. Has
igitur queritas, Vlyssi forte occurrit, arcumq; dedit,
que prius magnus Eurytus ferebat, ille uero filio re-
liquit domi sue moriens: at illi Vlysses acutum dedi-
ensem, hastamq; ualidam, principium quidem chara bo-
spitalitatis: no enim mensa inter eos adhuc nota erat,
quod Iphitus praeuentus morte ab Hercule interfic-
etus esset. Hunc itaque arcum Vlysses in bellum cum na-
vibus iens nunquam secum tulit, sed ibidem obchari
hospitis memoriam domi reliquit ac tantum in patria
sua ferebat. Penelope igitur in thalamum uenit, lim-
roboreum praeterire, quod architectus expoliuit assi-
bro, atque ad perpendiculum duxit: superne uero ty-
pana aptauit, foresq; addidit fulgentes: statim uero
soluta ex coronide clavis ac foribus adiecta est, ex
qua iste serenitatem dedere ingetem, qualiter tauri
armentalis in campis pascens edere solet, protinusq;
aperte fores patuere. Illa uero in altum ascendit ar-
mariu, ubi ex una parte arce astabat, in altera uero
nobiles iacebant. inde igitur arcu in palo suspensa
protinus corripuit cum ipso coryto, in quo ille pulchri-
sime conditus erat. Sedensq; ac supra genus illum po-
nens, flebat querulis modis. Deinde arcum de uiro in-
terrogabat. Postquam uiro luctu exaturata est, in ex-
lam ad proceres tendit, arcum in manu tenet, aspha-
retram, ubi multa tela grauis erant: famula hinc illa

Sequētes telorū armarium fascemq; ferebant: hic fer
rum esq; plurimum aderat, certamina uidelicet heri
lia. Penelope itaq; ante tecti uestibulū constitit, caput
ante genas uitta pulcherrima redimita, duasq; ha-

bēs utring; famulas. Procos primū ita alloquitur: Au
dite quæso insolentes proci, qui hanc domum cōtinuo
edendo & bibendo absente domino uexatis: neque fa
cti uestri aliam facere excusationem adumbrationēm
ue nostis, quām meas desiderare nuptias. sed agite

quando hoc certamen incubit, magnum Vlyssis ar
cum in medio ponam: quicunque manibus facile ten
det, & per duodenas secures omneis iaculabitur: hu
ius ego connubium sequar, coniugemq; muneribus
locupletem reddam, domum hanc relinquendo, cuius

quandoque reminisci uidebor uel in somnis. Sic ait,
ac Eumæum iussit arcum procis ferrumq; micās præ
bere. Ille uero lachrymans accepit, ac dedit. Flebat
& subulcus ex altera parte, ubi & ipsi herilem aspe
xit arcum. Antinous autem ambos increpās, ait: Stu
ti & agrestes ex tempore tantum cogitantes, ab mise
ri quid lachrymas funditis, ac mulieris animum in pe
tore magis irritatis, que per se satis habet ærumna
rum, quod charum amisit virum? Discubite igitur hic
tacite, seu foras exeuntes plorate, & hic arcum relin
quite procis certamen innoxium: neq; enim facile ex
stimo hunc tendi posse. Nullus autem talis reperitur

vir in omni ordine ac decade, qualis erat Vlysses. Ego

Penelope
depromis
Vlyssis ar
cum cerra
mini pro
corum,

Promittit
se uitoris
cōiugem
fore.

manq; illum uidi, meminiq;. puer adhuc parvus erat.
 Sic ait. At illi neruum tendere posse, & ferrum iaci-
 ri facile sperabant. Sed is primus ex Ulyssis mani-
 ibus arcum degustatus erat, qui preter ceteros
 spernebat in aula sedens, aliosq; item ad idem facie-
 dum invitabat: inter quos Telemachus sic ait: Heu, uide
 de me Iupiter stultum fecit: mater enim quaque pro-
 dens & chara mihi, dicit se aliud sequi uelle, hanc do-
 mun relinquens: at ego rideo, animoq; sic stulto gau-
 deo. Sed agendum proci quando hoc paratur certame
 pro muliere, cui similis non est in terra Achaea, nec
 apud Pylum neq; Argos, neque Mycenam, neque apud
 ipsam Ithacam, neque denique in toto continent: sed
 & ipsi hoc scitis, quid enim me matrem laudare ope-
 tet? Igitur ne rem protrahite, neque ab arcu nos diu
 auertite, ut plane periculum fieri videamus. Ego quo-
 que profecto experirer. Si enim tendam hunc arcum
 iaculerq; non mihi mœsto has ædeis mater alio disce-
 dens relinquenter: quoniam postremus omnium relin-
 querer, si possem hoc patris mei certamine potiri.

Telema- **chus expe-**
rit uires
suis arcu. Dixit, & ex humeris lenam purpuream & ex lu-
 tere ensem posuit, stans atque innixus: priuion quidē
 fossa oblonga facta, secures statuit, & ad perpendiculari-
 lum direxit, circaq; terram aggessit, unde stupor os
 inuasit, ut ordine constituit, nunquam antea uiso. Igi-
 tur arcum sumens, uestigioq; solum progressus consti-
 fit, ter illum tendere conatus, ter destitit, miribus acq;

animo in nero cōtrahēdo deficiēs: Et profecto qua
to expertus ui tetendisset, nisi Ulysses cum per nutum
quamuis cupientem retinuisse. Telemachus itaq; rur
sus ad eos uersus, ait: Hei mihi uel ignauus ac imbecil
lis, ero, uel certe quod sim iunior, nondum manibus sa
tis fido in hominem prius lacescentem propulsare. Sed
uos adeste qui me longe fortiores existitis, experimi
ni ut certamen absoluamus. Sic dices, arcum humi in
clinans in pulchre compactis tabulis cum sagitta com
posuit: ipseq; in loco unde prius surrexit, rursus con
sedit. Antinous uero his gestis: Surgite, inquit, o socij,
incipientes à dextra omnes, unde et potationis initi
um. Sententia placuit, quamobrem Liodes Oenepi fi
lius primus surrexit. Is eis haruspex erat, semperq; in
ultimo ordinis recessu iuxta craterem sedebat, soliq;
omnium iniurie aduersae fuere. Qui propter ceteris
procis magnopere iratus erat. Hic igitur arcum sum
psit sagittamq; uelocem, constitutus pede solum progres
sus, arcumq; tentauit, neque tetendit: prius enim qua
laborasset, manus teneras integras retraxit. uersusq;
ad processos: O socij, inquit, non ego tendam, aliis acci
piat. Multos enim hic arcus uiros fortes tristitia affi
ciet animoq; deicet, quod longe praestet mori quam
ē sp̄s decidere, cuius gratia hic continuo expectantes
congregamur. Nunc autem qui sperat aut omnino cō
tendit Penelopes coniugium, ubi arcum hunc tētau
rit aut degustauerit, protinus aliam Achæarū in me

Liodes u
gibus diffi
dit.

ODYSSEAE

trimonio accipiat cū rebus dot alibus: ipsa uero Paus
 lope nubat ei q plura dederit ac fortunatior sit. Hu
 dictis, arcum in compactis tabulis sagittamq; depo
 sit, ac rursus in throno unde surrexit assedit. Ante
 us autem cum increpans: Liodes, ait, quodnā tibi ut
 bum excidit graue durumq;? irascor quidem audiē.
 Ergo hic arcus nos homines fortes et animo et auto
 cia priuabit, quoniam eum tu tendere nequisiisti! As
 alij proci fortissimi tendent: te enim mater non talen
 genuit ut arcus & sagittarum peritum. Sic ait, ac ad
 Melanthium caprarium uersus: Ignem, ait, Melanthi
 in aula statim accende, iuxtaq; sellam pone, ac tergo
 ra supra bubula. Deinde magnum fer adipis uolunt
 intus conditi, ut iuuenes unguine obliiti ac foti expe
 riri possint. uiribus enim ualde deficiunt. Sic ait, illa
 confestim obtemperat. Refoti igitur iuuenes ac calo
 facti uti iussum fuerat, non propterea arcum & iphi
 tendere ualueret, sed longe infra uires fuere. Ante

**Proci uiri
 bus impa
 res arcu
 sendendo** us autem & Eurymachus, quod principes procoru
 essent, ac uirtute ceteris præstarent, ab arcu absolu
 ere. Bubulcus autem & subulcus Ulysses ex domo
 ambo simul discessere, quos deinde Ulysses domo
 ipse abiens secutus est. At ubi extra fores & uale
 fuere, eos sic est allocutus: Bubulce ac subulce, dic
 ne an celem uos? dicere autem me animus hortatur, di
 cite quæso si subito Ulysses ueniret, ac cum deus dilig
 adduxerit, procosq; plectere uelit, quali officiis ani
 mo;

Æmo? Illi ne an procis auxilium ferretis? dicite inquam,
 quid animus uobis suadet? Huic bubulus: Iupiter,
 inquit, pater si hoc desiderium nobis perficiat ut ille
 redeat, deusq; illum reduxerit, noscres profecto qua
 lis mea uis manusq; esset. Similiter & Eumeus subul-
 cus deos orauit, ut Vlysses domum redcat. Is uero ubi Vlysses se]
 eorum uoluntatem ac mentē nouit, sic rursus ait: Ipse seruis ma-
 ïam ecce ueni in patriam iam anno uicesimo. Noui ut nesciat,
 uobis optantibus tantum ex famulis uenio. aliorum
 non aliquem audiui optantem me reducem esse. uobis
 itaque uerum, ut erit, narrabo: si deus mihi perimere
 procos dederit, uobis ambobus et cōiugia & poſſeſſi-
 ones dabo ac domū prope me pulcherrimā: in posterū
 uero Telemacho & socij & fratres eritis. Ut aut mi-
 hi firmius creditis, aliud uobis certū ostendā signum,
 cicatricē, quā olim Parnesum proficisciēs, unā cum Au-
 tolyci filijs, apri dentibus albis ictus accepi. Sic dicēs,
 laceras ab hulcere uestes remouit. At postq; omnia ui-
 derunt, probeq; nouerūt, circa Vlyssem flebāt manus
 iactantes ac pileum, caputq; & humeros complecten-
 tes, Vlysses inicem capita manusq; illorum. Et profe-
 sto lachrymantes sol occidens inueniſſet, nisi Vlysses
 ipſe luctum compressiſſet, inquiens. Iam flendi ac que-
 rendi finem facite, ne quis ex aula egrediens depren-
 dat, intusq; referat. Sed hilares quasi nuptias cōcilia-
 turi ingredimini, nō simul oēs: prim⁹ ego, postea uos.
 Hoc autem signum inter nos existat. Alij enim procī

omnes mihi arcum & pharetram dari nō permittit,
 sed tu Eumeē arcū per aedes ferens in meis dabis mo-
 nibus: ancillisq; dices, ut fores aule diligenter clau-
 dant, ne si quis sonitum aut tumultum uitorum intus
 intra muros nostros audiat, ullo modo fores exeat,
 sed ibidem tacite operi assideat. Tibi Philæti mando
 fores aule clauibus claudere, ac uelociter repagulis
 & uinculis nūnire. Sic dicens, domum ingreditur, ac
 in sella unde surrexerat confedit: famuli quoque am-
 bo subsecuti sunt. Eurymachus autem inter hec iam
 arcum manu prenderat, ac dispensauerat buc illuc ad
 ignem calcatus atque inunctus, nihil tamen melius
 cotendere ualuit, robore uiq; animi deficiens. Ex quo

Euryma-
chus arcui
impar do-
let.

secum querendo ait: Hei mihi quod res hec preterit
 sera me angit, non Penelopes coniugij tantum gra-
 tia, quod ego quanq; cupio, nō attamen tanti facio, cā
 sunt & alie plures Achæi mulieres apud ipsam Ithae-
 cam, aliasq; item ciuitates: sed si tantum infra Ulyssis
 vires sumus, ut arcū tendere nō ualeam, hoc nos fa-
 clam apud posteros deprehensem infamabit. Huic con-
 tra Antinous: Eurymache, inquit, non sicut aī pro-
 fecto erit: nosti enim hodie in populo festum Dia-
 sanctum esse. quis autem arcum tendere audeat? Iu-
 que ponite certamen libenter, & securis sinamus o-
 mnes sic consistere: nō enim aliquem puto proprius
 imperfectum iri in Ulyssis domum uenientem. Sed ege-
 dum pincerna à patris incipe, ut libantes arcum sa-
 et

ēremus. Mane autem iubete Melanthium pastorene
capras domum ex omnibus præstantiores afferre, ut
Apollini ex his crura efferentes arcu postea experia-
mur, & certamen tandem absoluamus. Antinoi sen-
tentia omnibus placuit. Itaque

Dant manibus famuli lympham, juuenesq; per aulam
Crateras mensis statuunt, ac uina coronant:
Distribuuntq; eque cunctis pateris prius amplis
Incipiunt. postquam potandi expleta cupido,
Protinus hæc illos tentando affatur Vlysses:

Audite proci Penelopes que me iubet animus di- Vlysses pe-
cere. Eurynnachum maxime & Antinoum oro, quoni tit experi-
am probe hoc uerbum dixere: Cras deus nobis si ue- ri uires ae-
lit robur & uires dabit: uos tamen interim datemi- cu.
bi hunc arcum, ut & ego una uobiscum uires experi-
ar meas, si mihi adhuc uis est ea que olim in meis erat
membris: an certe ob errores, anxietatemq; et incom-
modū perierit. Sic ait. Illi omnes magnopere sunt ira-
ti, ne arcum attingeret formidates. Antinous autem
increpando ait: Ah miser hospes, mens tibi non inte-
gra. non cernis, non consideras quod nobiscum len-
tus epularis, neque cibo omnino priuaris? Insuper no-
stros sermones audis, cum nullus aliis mendicus ho-
spes nos audiat. Vinum profecto te lèdit, quod & ali- Vinus im-
is etiam nocet qui uoraciter sumunt, nec moderati modicu-
bunt. Vinum Centaurum Eurytionem in domo Piri. malorum
Ithoi contra Lapithas insurgentem ad insaniam dedu- causa.
xit.

ODYSSEAE

xit. Furiosus namq; factus, contra Piritboi domū
 la perpetrauit. Heroas enim dolor inuasit: ex quo cū
 per uestibulū foras iūrgētes traxere, ac ei dures
 resq; diro ferro exciderunt. Ille uero sibimet ob am-
 mi stultitiam nocēs, propriū incommodum flens ibat:
 unde inter uiros & Centauros orta cōtentio. Verum
 sibi prius ille malum inuenit. Sic & tibi magnum us-
 tincor incommodū, si hunc arcum tractabis. Nō enim
 ad alicuius supplex misericordiam in nostro popu-
 lo cōfugies, sed te in nauī ad Echetum regem hominū
 perditore mittemus, unde minime seruaberis. Itaq; si
 sapis, quieto comedē, neq; deinceps cū iunioribus cō-
 tende. Penelope uero tunc ait: Antinoe, non ius neque
 fas Telemachi hospitē qui domū hanc petijt, cōtemne-
 re. Spera quoq; si hic hūc tendet arcū, uiribus robo-
 reg; fretus, ipse me domum ducet, suamq; me cōingem
 habebit. neq; ipse hoc unquā sperauit: nec aliquis re-
 strū huius gratia tristis factus, hic amplius epuletur,
 cum minime deceat. Cui Eurymachus: Penelope, inq;
 neq; te hunc ducere fas est: sed uirorum ac mulierū in-
 dicia uerere, ne quis inter Achaeos grauis dicat: Ha-
 uiri fortissimi uxorem, homines longe inferiores co-
 ditione cōsecuti sunt: quoniam solus inter nobiles men-
 dicus quidā & ignobilis hospes, facile arcum tendens
 per secures iaculatur. sic dicent. nobis uero ha-
 decori erunt. Eurymache, inquit Penelope, non est ut
 qui edendo uiri fortissimi domum dedecoret, bona in

Penelope
Antinoe
obiurgat.

populo fama assequatur. qd aitis quod haec uobis de-
 decori pudoriq; erit? Ipse enim hospes ualde magnus.
 ac uegetus, ex magno & forti uiro genus iactat. Sed
 & iam illi arcum date, ut plane videamus: uobis enim
 sic dico, quod et eueniet, si Apollinis numine fretus ar-
 cum tetenderit, eū lēna tunicāq; pulchra induam: ia-
 culū quoq; uelox donabo cōtra hoīes canesq; propu-
 gnaculū: prēterea enīm ancipitē, ac pedibus aptos
 calceos. Deniq; quod animus mihi suadebit, ei mittā.
 Ad haec Telemachus: Mater mea, inquit, arcum enim
 Achaeorū nullus me aptior cui uelim dare & negare. Telemach⁹
 Nō quot hoīes apud Ithacā dominātur, neque quot a- ch⁹ matr⁹
 pud Helydē, horū nullus me prohibebit, si uelim sc̄met
 hūc arcū hospiti dare ut experiatur. Verum tu mater
 in superiorē domus thalamum ascendens, huc tua fer-
 opera, telā, colū, ac ancillas iube operi uacare: res ui-
 tris oībus, pr̄sertim mihi curē erit, cui potestas pr̄e-
 cipua domi est. Illa igitur admirata rursus ascēdit. fi-
 lij enim mandatū prudens animo reposuit: flebatq; cū
 ancillis uirū amantissimū, donec luminibus Pallas de-
 dit inclyta somnū. Subulcus uero arcū corripiēs fere-
 bat. Proci autē oēs in aula fremebant: sicq; quidā ex il-
 lis proteruis dicebat: Quò(malum)fers arcū subulce
 magne errabūdeq;: uelociter enim te canes edēt quos
 nutrysti ob porcos, si Apollo dijq; ceteri nobis propi-
 tij fuerint. Sic ait. At ille formidās, protinus in eodem
 posuit laco, quod multi ē aula fremeret. Telemach⁹ in-

ODYSSEAE

parte alia minitans erat: Cito fer arcum subulce, nos
 bene omnibus credis, ne te ego, quanquam sum immi-
 or, feriens saxis, rus remittam. nam & viribus sum
 potior. Quod si item omnium procorum qui in eule-
 uersentur, tantum manibus & viribus potior esset,
 facile aliquem ex nostra domo uelociter abscedere co-
 gerem, quod indigna perpetrent. Sic ait. Illi omnes pa-
 riter risere, ac iram aliquantulum remisere. Subul-
Affertur
Vlyssi tan-
dem arc⁹.
 cas autem arcum Telemacho obtemperans, statim tu-
 lit, in manibusq; Vlyssi astans posuit. Deinde vocans
 Eurykleam nutricem, ait: Fores aulae intus diligenter
 claude, si quid murmuris aut tumultus audieris ha-
 minum intra muros nostros, ne foras ex eas, sed ibide
 operi adfeste. His dictis, illa protinus paret, foresque
 edium clausit. Philoctetus quoque tacite extra thala-
 tum egrediens, lignum nauis quoddam ex byblio, quod
 sub porticu iacebat, foribus repagulum opposuit, se-
 timq; reuertens in eodem unde surrexit, consedit lo-
 co, Vlysscm aspiciens. Is iam arcum dispensabat, qua-
 qua uersus contrectans: hucq; atque illuc experies
 totum, atque contemplans ne eo absente fortouera
 cornua corrosissent. Proci uero aspicientes atque d-
 mirantes, sic inter se illudendo dicebant: Certe bicephal-
 mi forte habet, uel ipse facere cupit? num uides ut
 nibus hinc inde dispensat atque tractat malorum ca-
 rator mendicus noster? Alius uero hoc modo cawilla-
 66

Batur: Utinam sic in rogando mendicandoq; hic proficeret, ut arcum hunc quādoque tendere poterit. Sic itaque proci dicebant. At Vlysses ubi ingentem suscepit arcum, ex omni parte considerauit, ueluti uir cithara sciens atque cantus, facile chordam in agglutinato tendit organo, sic ille citra studium magnum facile tetēdit arcum. Dextera enim manu accipiens neruum tentauit, quod ex impetu magno resonuit more hirundineuocis. Procis autem angustia orta est ingens, omnibusque color corporis immutatus. Iupiter autem magna signa ostendit, quibus Vlysses magnopere letabatur, quod prodigium ipsius dei sagittam que sola extra alias in mensa iacebat, corripuit: alio uero in pharetra conditae omnes existebant, quibus proci perituri erant. Sedens itaque Vlysses, arcum ulnis accepit, ac facile neruum cornuaque traxit, sagittam deinde impulsit, contra tendens in secures ordine primo non aberrauit, quum illa ferro grauis medium pertransierit, extrāque micauerit. ad Telemacumque uersus, sic sedens ait: Neque à meta errauis, neque diu in arcu contendēdo laborauis: quamobrem et mihi uires firmumq; adhuc robur inest, non quem admodum proci calumniando despiciunt atque illudunt. Sed nunc tempus epulas proci parari ad lumen, deinde cantu et cithara aliter oblectari, que coniuij sunt appendices. Dixit, ac super alio innuit. Telemacus uero acutum lateri accingitensem hastāq;

ODYSSEAE

manu capit, ac prope ipsum iuxta thoracem fulget, et
matus ferro constituit.

ARGUMENTVM LIBRI XXII.

Vlysses præsente Minerva in procerum cæde occi-
patur. Deinde famulas impudicas per Telemachum & do-
mesticos unâ cum Melanthio plectit.

ODYSSEAE

LIBER XXII.

VLYSSES postmodum cōsurgens, ac luce-
ris sese exuens uestibus, in medium pro-
diit, arcumq; deinde ac pharetroniacu-
lis grauidam tenens, sagittas quidem an-
te pedes effundit, procis ait: Hoc enim certamē quod
modo gesi, securum quidem extitit: nunc uero metu-
aliā scopumq; attingam, quod nullus alias adhuc at-
tigit: si tamen assequar, mihi tantū Apollo faveat. Di-
xit, et in Antinou primo tristem direxit sagittam. Is
pulchrum rotundumq; in manibus habebat calicē, qui
si cogitans qua habiturus erat: de cæde autem min-
ime cura. Quis enim inter conuiuas putas solam in-
terque plures existētem hospitem, quamquam effor-
tissimus, ei mortem fatumq; illaturum? Hunc denuo
Vlyssis euspiis secundum guttur preteriit, tenebris
sagitta cervicem in alteram partem inclinavit. Pate-

Vlysses
Antinoū
sagitta in-
terficit.

Taē manib⁹ percussa cœcidit, statim per nates sanguis
 crassa fistula uenit, ex quo mensam ille ab se ueloci-
 ter pede percutiens amouit, in terram epulas fudit,
 panis coctæq; carnes foedate sunt. Ex hoc proci per
 terrefacti, per lōnum undique circunspiciebant us-
 que ad murorum angulos, si quid esset telorū, nusquam
 scutum, nusquam hasta ualida quam apprenderent, e-
 rat. Vlyssēm postremo uerbis increpando contume-
 biosis: Hospes, ait, male homines arcu petis, profecto
 non amplius certamen aliud attinges, nunc exitium
 magnum iam tibi seruatur. Nam hominem nunc
 interemisti, qui inter Ithacæ iuniores optimus erat:
 quamobrem te hic uultures discerpent. quilibet tamē
 ex procis abstinuit, quod cum putabant nolentem ac
 per imprudentiam hominem interfecisse. At stulti
 ignorabant quemadmodum iam exitij tempus adue-
 nerat. Hos autem Vlysses torue afficiens: O canes,
 inquit, non putasti me ex Troia reducem fore, quod
 meam absunitis domum, me quoque uiuente meam or-
 pastiis coniugem ducere? Ancillis denique per uim
 concubuisti, neque deum uerentes, neque ex homi-
 nibus ullam in posterum ultionem fore: nunc uobis
 omnibus exitij tempus aduenit. Sic ait. Illos uero pal-
 lidus omnes pauor arripuit, ac quisq; uestigabat qua-
 nam periculum subterfugeret. Eurymachus tantum
 loqui ausus: Si Vlysses, inquit, Ithacensis aduenisti, hec
 quidē recte dicis, que à procis facta sunt, multa domi-

Vlysses
cis.

Baryma-
chus sup.

ODYSSEAE

plrx Antis tue impia multa item ruri. Verum Antinous qui has
 noo im- omnia mala commouit, et autor scelerum fuit, iam ex
 putat oia tinctus iacet. Ipse nos ad hæc impulit facta, non tam
 connubium expectens aut querens, quia i spectans
 que Iup ter minime perfecit, ut uidelicet Ithacæ popu-
 lis dominaretur, filiumq; tuū per infidias interficeret.
 Nunc ille poenas dedit, tu parce populo tuo ingenti.
 Nos tibi pensare querimus quæcunque in ædibus bi-
 bendo et comedendo sunt absumpta, uiginti uiritimi
 estimatione boum. Præterea es aurumq; reddemus,
 ut animus letetur tuus, potius quam irascatur. Ad
 hec Ulysses toruo aspiciens uultu: Eurymache, ait, nō
 si mihi patrimonia cuncta dederitis que nunc sunt, et
 que in futurum addere potestis, non manus à cede
 temperabo prius quam omnem procorum iniustitiam
 plectam. Nūc optio uobis coram proponitur, seu cer-
 tare seu fugere, qui fatum mortemque uitare cupiat.
 Verum nequaquam miserum exitiu uos uitatueros pu-
 to. Sic ait. At illis genua simul et arimus trepidane-
 Euryma- re inter quos Eurymachus rursus: O socij, non pro-
 chus pcis fecto uir hic manus innoxias continebit. sed quando
 semel arcum phar. tramq; cepit, ex aula iaculabitur,
 donec omnes interficiat. Quamobrem pugne remini-
 scamur, enses educite, mensasq; sagittis uelocibus op-
 ponite, deinde simul confertim omnes admittamur, se-
 quo modu ex aula foras pellere ipsum possumus. Deinde
 de per urbem propcremus, fama tumultusque statim

excitabitur, ex quo hic homo postremo nunc iacula-
tus fuerit. Sic dicens, ensim eduxit acutum utrinque
ancipitem: in illumq; proflig; horrendum clamitans.

At Vlysses iaculari propterea non destitit, pectusq; il-
li iuxta mamillam ferijt, ac hepar usque sagitta trans-
figit; unde de manu ensis cecidit, menja insuper circu-
spersa reuolutaq; corruit, epulasq; ac pateram secum
traxit: ipse uero humu cernuus illisit, et pedibus tho-
rum ambobus palpitans, animoq; tristis extrusit, ob-
oculosq; atra nubes ijt. Amphinomus deinde aduer-
sus Vlyssem consurgens, acutum eduxit ensim, si quo
modo illum extra fores pelleret: uerum Telemachus
etro illum praeueniens hasta fermē medium traiecit
hominem, ac per pectus transfixit, ex quo cadens ille
sonitum dedit, terramq; fronte pronus illisit. Telema-
chus autem ueritus ne quis Achaeorum hasta corre-
pta, uel ense insurgēs, Vlyssem punctum impelleret, aus-
cesim percuteret, statim hasta in Amphinomo relicta
abscedens, accurrit ad patrem, atque propius astans
ait: Pater, ibo ac feram tibi scutum duasq; hastas, et
terram casidem capiti aptam, quibus tu armatus con-
curses. Subulco autem itemq; bubulco alia dabo. De-
niique esse armatum longe prestat. Vlysses uero: Fer-
cito, ait, curre, donec mihi ad defensionē presto sunt
sagittæ, ne me solum existentem extra fores pellant.
Telemachus parenti obtemperans, in thalamum pro-
petat, ubi arma erat; inde quatuor scuta, hastas octo,

Euryma-
chus occi-
ditur.

Telema-
chus Am-
phinomū
interficit.

ODYSSEAE

Vlysses in
procis se
armat.

caſides areas item quatuor tulit. Ipſe igitur Vlyſſes in primis ſe ferro armauit, ambo deinde famuli arma induerunt idonea, ac hero aſtiterunt: quibus quād diu ſibi ſagittæ ad iaculandum aderant, tam diu ex procis continuo aliquem interficiebat. illi uero conſertim cadebant. Postquam uero ſagittæ defecere, arcum quidem in parte domus prima iuxta murum inclinauit: ipſe uero ſcutum humeris quatuor operatum tergoribus accepit, capiti uero galeam equina cauda insignem ac crista terribilem aptauit: duas inſuper hastas cuſpide ferrea munitas corripiuit. Hinc iuxta supremum eodium pauime: aditus erat in uiam quæ populo frequentabatur: preterea aptis munitis erat obductusque aſſeribus. Hic itaque portam Vlyſſes subulcum ſtruere iubet, cīque aſttere, quod una tantum inde eſſet eruptio. Agelaus igitur procerum unus ſic ait: O ſocij, aliquis ad portam que ad ſuperiora dicit, aſcendat, uocetq; populum. statim tumultus orietur, ex quo uir hic poſtremo iaculatus ſurbit. Cui Melanthius paſtor: Nō licet Agelae, inquit. Anguſta enim aula iuxta portam eſt, osq; breue aditus qui exit in uiam: & unus qui ſit admodum fortis, facile omneis prohiberet. Sed agedum uobis ego ſeram arma, qbus muniri poſtitis, ex thalamo. Hic profecto exiſtimo, & non alibi ab Vlyſſe ciuſque ſilivera ma collocata. Sic Melanthius dicens, in thalamum conſendit. Hinc diuina ſcuta totidemq; hæſtas, ac to-

Agelaus
procis.

tidem aereas casrides, cristi equinis insignes, attulit
procis. At Vlyssis tunc genua animusq; labarunt, ubi
illos armis munitos uidit, manibusq; hastas longas te-
nentes. Magna sane res ei uisa est, ex quo ad filium
uersus: Telemache, inquit, nempe aliqua in aula famu-
la nobis bellum excitat malum siue Melanthius. Cui il-
le: Hic ego profecto, inquit, peccavi, non aliis in cau-
sa, qui thalamo fores tantum inclinatas liqui, at ille
diligentiores in explorando fuere. Sed et cito Eumeus
thalamo fores impingito, atque indica si qua est famu-
la que haec faciat, seu forte Melanthius, quem magis
puto. Dum sic inter se colloqueretur, Melanthius run-
sus in thalamum pulchra laturus arma properat: que
ubi subulcus Eumeus agnouit, statim Vlyssem pro-
pe existentem clamauit: Vlysse, uir ille iniquus ac ma-
leficus, quem nos suspicabamur, ingreditur thala-
mum: tu profecto uera loquutus es. Quamobrem uel
ipsum interficiam, si fortior sum: uel certe tibi dicam,
ut multorum scelerum que in tua domo admisit, ab
eo poenas exigas. Huic Vlysses: Certe ego, inquit, ex
Telemachus procos retinebimus inter aulam, quan-
quam exire conantes: uos autem ligatis ei pedibus ac
retro manibus, in thalamum conicite, asseresque op-
ponite, ac catena connexa ipsum alligatum ad altis-
tanam columnam trabibus proximam trahite, ut sic
uiuus existens, duros patiatur labores. Sic ait. At
illi obtulerant, protinus in thalamum iucre, ac

Melanthius
armis
instruc-
procos.

ODYSSEAE

**Subulci
Melanthii
vincula.**

**Minerva
Mentori
assimilata**

**Agelaus
Nicasori**

ipsum intus existentem, & in thalamis penetratis
ma indagantem, hoc modo ceperunt. Ambo enim in-
acta limina utrinque constitere. Vbi uero Melanthius
reuerterebat, altera manu pulchram ferens galeam, al-
tera uero scutum ingens ac uestus Laertis herois, quod
iuvensis ferre solebat, tunc uero neglectum iacebat, jū-
stureq; lororum ac tergorum solute iam erant. Hū
igitur insurgentes, eum intus retinuerunt, ac per ca-
pillos ad terram egre uixq; deiecerunt, pedes manus
que statim uinxere funis vinculo ualde utrinque co-
artantes, quemadmodum iuſſit Vlyſſes: catena dein-
de compacta suspensum ad altam trabibusq; proxi-
mam columnam traxere. Quem deinde Eumeus ir-
grys incessans, ait: Nunc Melanthi in molli cubabili
flo, ut par est, noctem custodiēs, que nec in aurora ab
oceani fluctibus ueniente tibi desinet, quando capras
domum procis epulas parandas ducis. Sic itaque ibi
dem extensus miser est lictus. Illi uero ambo armis in-
duentes, ac portam fulgentem claudentes, ad Vlyſſem
reuerterunt. Hic robur spirantes constitere in aula,
quatuor quidem in via alijs quamplures & fortes in-
tra domum, quos prope Minerua uenit Mentor i con-
pore & uoce assimilate. Hanc Vlyſſes uidens, letans
est atque ait: Mentor, adiuua me in bello, reminisce
chari socij ac coeui tui. Sic ait, putas eam Minervam
populum seruantem. At proci ex altera parte in dor-
mo fremebant: priusq; Agelaus Damastorides sic in-

cipit: Mentor, ne te uerbis Vlysses inducat, ut contra
 procos illi feras auxilium: sic enim nostrum expleri
 animum puta, quum hos interficerimus patrem & fi-
 lium: inter quos tu quoque eris. non qualia in edibus
 Facere paraueris, tuo ipsius capite postmodum ple-
 ctes. sed & postquam uim à uobis ferro repulerimus,
 quot uobis intus atque extrà possessiones erunt, simul
 cum his que sunt Vlyssis discerpemus: nec filios, neq;
 item filias uiuere, non denique uxorem prudentē per
 urbem uersari permittemus. Sic ait. At Minerua ma-
 gis ira succensa, uerbis Vlyssem amaris increpuit: Nō
 adhuc tibi Vlysse firmæ uires, non robur, quale tibi
 erat cum circa Helenam annis nouem continuo forti-
 ter pugnasti? multos enim uiros in dura pugna occi-
 disti: tuo cōsilio Troia capta est. quomodo igitur quā
 do ad populum tuū possessiones item tuas uenisti, ad-
 uersus procos uiribus tardus, nunc fortis esse putas
 ac conaris? Sed huc accede, iuxta me asta, uide opus,
 ut cernas qualia tibi inter homines peruersos Mētor
 beneficia reddit. Hēc ubi dixit, non protinus uictoriā
 quā solet esse anceps dedit, sed uim atq; fortitudinem
 Vlyssi ac filio addidit. Ipsa uero post hēc exiliēs simi-
 lis birūdini in aula cōsedit. Procos uero ex alia par-
 se cōcitauit. Agelaus & Eurynomus & Amphimedō
 et Demoptolemus & Pisandrus & Polybus: hi namq;
 uirtute prēstabant ceteris q adhuc uiuebat, & de ui-
 ta pariter certabant. Hos etiā arcus et tristes sagittæ

ODYSSEAE

domuere. Inter quos Agelaus sic est omneis alloquitus: O socij, uir hic profecto manus deinceps parum per retinebit innoxias. Nam ei Mentor uenit uanaū etans, soli autem in primis portis relicti sunt. Quam obrem quum hastas longas nunc minime desideretis, sed primum ex illis iaculamini: si forsitan Iupiter dererit Vlyssem feriri, ac gloriam nobis referre: aliorum uero nullus metus aut cura, quum hic ceciderit. Vbi haec dixit, statim omnes audi, sicuti iusserit, iaculatis sunt hastas, quarum multas irritas Minerua redidit: ex quo alius limen aule, alius portam, alius denique murum percussit. At postquam procorum iacula uita uire, Vlysses ad suos conuersus, ait: O charissimi, iamiam tempus ut in procorum turbam et nos iaculcmur, qui conati sunt ipsi in primis improbi nos interficere. Sic ait. Illi protinus omnes hastas iactantur. Euryadem Telemachus, Elatum subulcus, Pisandrum uero bubulcus interfecerunt. qui omnes postquam cadentes mordicus terram ceperunt, reliqui proci in aule recessus penitiores se receperunt, ac insurgentes rursus, ex mortuis sex hastas extraxerunt, quas iterum audacter sunt iaculati, alioquin fratre omneis uti primas. Amphimedon Telemachi summa percussit patinam, summumq; item scutum ferro attigit. Ctesippus uero Eumeum supra scutum longa bastahumerum paululum attigit, euolauitq; et in certā eccecidit, qui ambo circa Vlyssem in procorum turbam

Euryades
Elatus
Pisandrus

tursus & ipsi iacula mittebant. Hic iterum Vlysses in
 citatus, Eurydamata hasta uulnerauit, Amphimedota Telemachus, Polybum subulcus, Ctesippum bubulus
 cus in pectore uulnerauit, insultansq; ait: O Ctesippe
 Polytherides, q; in alios libeter iurgia contumeliasq;
 factas, nunquam deinceps stultitia fretus aliquid di-
 cas, sed in deos uerbum cōuerte, quoniam longe pre-
 stant hoc tibi pro pede illo bubulo, quem pro hospita-
 li munere in Vlyssem in du: no mendicatēm iecisti. Post
 hæc Vlysses Dmestoridem hasta longa cominus per-
 cussit. Telemachus Liocritum Euenoridem medium
 uulnerauit ferro ultrà penetrāte, ex quo cernuus cer-
 didit, ac frontem terræ illisit. Tunc uero Minerua ex
 tialem ægida superne ex domus tholo sustinens ap-
 paruit, ex quo procorum mentes perterritæ sunt, ac
 ta metu ceciderunt, ueluti bœves gregarij, quos uari-
 um œstrum impellens mouit ucre primo, quando dies
 ògi sunt. Vlysses uero & socij uelut aquilæ Aegyptij
 uruis unguibus ac rostris ex montibus ueniëtes, tre-
 das aues que in cāpo nubes secantes eunt, inuaden-
 tes perdunt. neq; aliquod eis remedium aut fugat. uiri
 quoq; afficiëtes, præda ac uenatiōe letatur. Sic Vlys-
 ses cum suis procos per domum irruëtes paſim cæde-
 bant. cesorum uero sonitus miserabilis excitabatur.
 pavimentum quoquò uersus sanguine fluebat. Liodes
 unc animo commotus, Vlyssi genua prædit, oransq;
 sit; Te obsecro Vlysse mihi sis equus, nō ego aliquam

Liodes
 supplex
 orat Vly-
 se.

feminam puto in aula dicere, me quicquam malum
fuisse, sed & alios potius ne facerent prohibui. quam
quam mihi non obtemperantes, à malis manus nequas
quā continuere, quamobrem ob seccera sua male pen-
etrunt. At ego inter hos haruspex nihil malorum pa-
trans iacebo? O quam nulla est gratia impensi benefi-
cij. Hunc igitur Vlysses toruo aspiciens uultu. Si cum
inter hos, inquit, thyoscoos esse gloriaris, attamen
mei procul à domo reditus finem non esse sibi; me
am uxorem habere ac filios parere optare uidebaris.
ob quam rem mortem amaram non propterea effugii

Liodes occidit. Sic dicens, ensem iacētem ac ab Agelao in terram
cidit. projectum corripiens, Liodis adhuc loquentis cerui-
cem medium trāsuerberauit: caputq; ilico in humus
puluerulentam cecidit. Terpiades Phemius musicus
tantū fatū euitauit: qui inter procos coactus cōstuit,
citharam in manu habēs prope orsothyram: animoq;
alterutrum cogitabat, an ex aula exiens et ad magnū
Iouis seruatoris aram consideret, ubi multa Læcita
& Vlysses sacrificia cremaueret: an ad genua Vlyssi
Supplex procumberet.

Sic alternanti potior sententia uisa est
ad genua supplicem procumbere. Itaque cithara ca-
ua statim humili posita, in medio crateris ipse Vlysses
genua complectens atque precans, ait: Oro Vlysse, mi
serere mei, non dubium quin postea dolebis si musicū
interfici, qui dijs atque hominibus cano sine prece-
pia

Phemius
musicus
Vlysses

store doctus. Deus namq; cantus mihi omnigenos ani-
 no inspirauit, illiq; similis in hoc genere uideor. Quia
 propter ne me iugulare contendas. Nam & Telema-
 chus filius tuus tibi dicet, quemadmodū ego non spon-
 e, neque alicuius indigens aut rogans aliquid in tua
 lomo sum uersatus, procis ad mensam canendo: uerū
 nulto plures & fortiores me inuitum coegerunt. Sie
 licentem Telemachus audijt, continuoque ad patrem
 Iropius existentem ait: Contine, ne hunc insontem
 minino vulnerabis: neque item Medontem preconē-
 quis me semper domi puerum existētem solitus ama-
 uit: sitamen non illum occiderit Philocteius uel Eume-
 is, seu certe te per aedis furentem intempestive ora-
 erit. Hunc igitur sic loquentem Medon ipse sapient
 iudijt, prostratus enim sub throno ac bubulo tergo-
 re nuper direpto conuolutus, ut mortem euitaret, sta-
 im surrexit, tergoreq; se exuit. Telemacho deinde phemius & Medon
a Telemachu seruitur.
 id genua procumbens atque orās, ait: O mi here, ego
 uidem is sum, tu contine, patriq; dic ne me ferro le-
 lat iratus. ex procis nefandis superstes relicta, qui
 illi rem omnem absumpserat, teq; stulti minime honora-
 iere. Huic Ulysses subridens respondit: Confide, quia
 lo te hic eripuit atque seruauit, ut plane noscas anio-
 no, alijsq; item dicas, quantum bene quam maleface-
 re præstat. Tu igitur & musicus ambo ex aedibus ex-
 cuntes, extra cedem in aula sedete, donec ego per do-
 num curam que me opus. His auditis illi exire aedis

abc

ODYSSEAE

ab eundem sed erunt apud Iouis aram, undiq; oculis lev
strantes, cedemq; continuo expectantes. Lustrabat
et Vlysses domum, si quis uirorum uiuus lateret, fo
tum uitare cupiens: omnes autem in multo sanguine
ac puluere prostratos uidit: ueluti pisces, quos pista
tores in uas curuū extra mare retibus multifidis ex
traxerat, ac illi omnes fluctus marinos appetentes in
arena projecti conuoluuntur, protinusq; à solis radi
is excremantur. Sic proci inter se mixti, ac bumi dif
fusi uidebantur. Tunc demum Vlysses filio ait: Tele
mache, agedum uoca mihi huc nutricem Eurycleam,
uti illi quod meo placuerit animo dicam. Ille statim pa
tri obtemperat, mouensq; porte fores, ad Eurycleam
ait: Huc ades uetula iam diu genita, que famularum
hic custos es nostrarum, ueni inquam, te meus uocat
pater tibi aliqd dicturus. Illa uero uelociter dicto ar
dijt: edium fores impellens exiit, Telemacho prece
dente. Vlyssem protinus cum interfectis ac cadaucru
bus sanguine ac tabe foedatum offendit, ueluti leonem
cui pastum in caulam uenienti, pectusq; et ambe ma
xillae sanguinolente sordent (terribile uisu): sic Vly
sses manus pedesq; sordidus erat. Illa demum ubi
tuos, sanguinemq; effusum immensum, factū admodum
horrendum uidit, ululare coepit: quam Vlysses quantoq;
cupientem retinens, talibus alloquitur: Gaude nubila,
a querelis abstine, parce ululatu.

Non optare uiros fas est, quos ulti olympus

Vlysses
Euryclea
accerfisi
ueret.

Et merito perdunt fato simul impia facta.

Quiue nullum mortalium nec malum neq; bonum, qui eos adierit honorabant, quamobrem ob temeritatem propriam in fatum miserabile inciderunt. Nūc tu mihi narra famulas impias quæ me absentem conti- zuo spreuuerunt. Cui Euryclea: Tibi nate, inquit, uera narrabo. Quinquaginta tibi sunt intus famule, quas opera facere docuimus, lanam texere, seruitia tolerare, quarum duodecim impudicæ sunt, nec me neq; itē ipsam Penelopen uerentes. Telemachus namq; nuper creuit, neq; mater ei significari aliquid super ancillis permisit. sed agendum ego domus superiora conscen- dam, tu referam uxori, cui quamuis anxie deus ali- quis somnum immisit. Nondum, Vlysses ait, hāc excita- bis, sed famulas impudicas huc ante omnia iube ueni- re. Euryclea igitur ex aula properans, ancillis nunci- at, ac redire maturat. Interea Vlysses Telemachū, bu- bulcum & subulcū ad se uocans, ait: Incipite nūc mor- tuos efferre, iubeteq; item famulas. Deinde thoros pulchros ac mensas aqua & spongijs purgate: ac ubi domum ordine purgasti, famulas prius eductas in medium tholi, murorumq; aule, longis gladijs inter- ficate, donec animabus erectis, libidinis qua cum pra- cis clām commixtae use sunt, penitus obliuiscantur. His ab eo mandatis, mulieres turmatim omnes uen- gunt lugentes, ac lachrymas ex oculis huberes fun- dentes. Primum quidem mortuos tulerunt, ac sub au-

Vlysses in-
bet mor-
tuos effe-
ri.

ODYSSEAE

la porticu deposuere, inter se inuicem sustinentes, ill
oquin coacte Vlysse instante ac precipiente. Deinde
thoros ac mensas aqua & spongijs multiforis purg-
uere. At Telemachus bubulcūsque ac subulcus pa-
mentum diligenter uerterunt, famulæ uero purgati-
ta foras posuere. Vbi uero domum omnem mundare
re, famulas inter tholum & aule murum adduxere,
in angusto, unde non erat effugere. Inter hec Telma-
chus ait: Non quidem pura morte ab his animas ab-
tulerim, que meo capiti matriq; item mee probris in-
sultauere, ac cum procis sese oblectauere. Sic ait, ac
nauis reste ad columnam alligata, ex alto tholo suspe-
dit ab solo sublimes, ne pavimentum pedibus attin-
gant: ueluti quam turdi uel columbae se in durum ca-
bile recipientes, in angusto loco confertim & ex or-
dine sub ramo consistunt: sic ille ordine capita habe-
bant, ac cervicibus laqueos, ut miserrime perirent
pedibusq; palpitabant, quanquam breui tempore. De
inde Melanthium ante uestibulum & aulam duxere,
cui narcs auresq; ferro truncauere, genitalia incide-
runt, crudaq; canibus cibo dedere, manus pedesq;
animo truci amputauere. Et hi quidem ubi hec ge-
re, manus pedesq; lauantes, ad Vlyssen domum uenire,
qui quidem ad Eurykleam ait. Fer anus, propere,
fer, inquam, malorum remedium ignem, ut eadis in-
strém. Tu uero Penelope iube cum ancillis hic ueni-
re, ac omnis impelle ministras per domum ire. Cui il-

Impudice
famula
laqueo sus
pendunt.

Melanthi
us truci-
datur.

Igni lu-
strantur
anes.

Ia: Recte, inquit, ac ordine haec minata loquutus es. ut
rum tibi prius laenam & tunicam afferam, ne sic la-
ceris uestibus cōtextus latos humeros, in ædibus con-
sistas, quum minime deceat. Vlysses uero cōtrā: Ignis
ante omnia in ædibus presto mihi sit. Anus itaq; sta-
tim obtemperans, ignem ac sulfur attulit. Illud igitur
& adeis & oēcum & aulam lustrauit. Post hec Eu-
ryclea domum ascendit, ancillis nunciatura uti ueni-
ant. Ille ex ædibus properabat, lampadas in mani-
bus habentes: protinusq; Vlyssem circumstantes salu-
tauere: ac galeam amplectentes, caput, item humeros
& manus prensabat. Ille autem dulci capitur deside-
rio luctus, quod cunctas iam animo noſſet.

ARGUMENTVM LIBRI XXIII.

Vlysses uxori ſeſe manifestat, errorumq; capita repe-
tit. Deinde ipſius ac Telemachi cum domesticis exitua.

ODYSSEAE

LIBER XXIII.

VEtula igitur in superiorem domus par-
tem ascendes, heræ nunciat quemadmo-
dum uir eius intus existat. Genua conua-
lebant, pedes cito mouabantur, supraq;

Euryclæ
nunciat
Penelopę

ODYSSEAB

Vlysses
reddidit.

Penelope

Eurydice.

Penelope

caput astitit, atque ita loquitur: Penelope nata chara-
fima, surge, ut tuis uideas oculis que omnibus diebus
desiderasti. Rediit Vlysses, quanquam serò domū, pr
eosq; protinus interfecit qui suam turbaveret domū,
possessiones ederunt, filio demum tuuim attulere. Cui
Penelope: Nutrix, inquit, stolidā te dīj reddidere, qd
quāvis sapientem stultum facere interdum ualent, si
contrā de stulto sapientem reddunt: hi inquantibī no
cuere, quū prius mente saperes. Quid me que soledis
amplius exhalceratū habentem animum hec mibi me
morādo? Ex dulci me insuper excitasti somno, qm me
os blande occlusit oculos. Non enim adeo quietē dor
mīui ex illo tēpore, quo Vlysses abiit Ilium nefariss.
Sed nūc abi à me, descendē rursus: nā si qua forte dī
scēmina ex nostris ueniens, hec que tu narrasti mihi
nūciasset, ac me ex somno excitasset, profecto illā ame
absterruisse, ac irata statim descendere iteram ad
eēdis iussim: tibi aut ab senectutē parco. Eurydice
Non te, inquit, Iedo nec decipio chara filia, sed uiri
narro: uenit Vlysses domū, ut dixi, hospes ille quē oī
in edibus spernebant. At Telemachus iam diu ant
bic illum existentem nouit: uerum sapienter patrī
filium texit, ut uirorum superbiorum uim atq; audaci
am animaduerteret. Sic ait. Illa gauisa est, ac ē letio
ruens, in amplexum uetula cucurrit, lachrymatīz; ex
oculis huberes fudit, atq; illā cōpellās alloquitur: Eid

Æge mea uetula, uerū mibi narra si uere redijt, uti en
 refers: quō in procos impudentes manus intulit solus
 existens, qui cōtinuo cōgregati simul intus manebat? **Eurydēk**
 Huic rursus nutrix: Non uidi, inquit, non audiui, sed
 tantum interfectorum tumultū accepi. Nos etiam in
 Ithalami penetralib⁹ eramus attonitæ, foresq; clausæ,
 uerum tuus me filius Telemachus ab ædibus accersi-
 uit, quem pater nos vocatū miserat. Vlyssēm preterea
 cū interfectis consistentē offendī, qui supra pavimen-
 tū inter se cōfertim iacebāt. Ego aut̄ cōspiciens exhibi-
 larata sum animo. Nūc aut̄ oēs ante aule portas cōge-
 sti cernūtur. Insuper domū lustrauit, magnū accendēs
 ignē, me quoq; te uocare iubis. Sed iam tu sequere, ut
 ambo uos simul animo collectemini, quādo mala passi
 multa estis. nūc aut̄ iam hoc longum desiderium comple-
 tum: uenit quidem ipse domum uiuens, reperitq; te ac
 filium male à procis traxiatum, quamobrem ab omni-
 bus domi poenas exegit. Huic Penelope: Nutrix, in-
 quid, charissima ne queso iactabunde loquere. Nostri
 enim quemadmodum in ædibus gratus omnibus appa-
 reat, mibi præsertim et filio quem genuimus: attamen
 hoc esse quod aīs uerum, non credam: sed quod deus
 aliquis procos potius interfecrit, iniuriam illorū im-
 piacq; facta plectens, qui neminem mortalium neq; ma-
 lum neque bonum eos gdeuntem in honore habuerūt,
 quamobrem temeritatis iustas dant poenas. Vlysses au-

ODYSSEAE

tem meus procul ab Achaea periit. cui Euryclea: No
 ta, inquit, mea quid ais, que uirum tuum intus existat
 tem apud ignem dicis domum non rediisse? an tibi sa
 per animus incredulus? Sed et iam aliud tibi signum
 certius dicam, cicatricem quam olim a pri dente uad
 neratus accepit, dum cum lauabam animaduerti, uo
 luiq; tibi dicere: quanquam me ille matibus premens,
 mentis alio consilio referre non permisit. Sed iam me
 sequere, spondeo, tradoq; me tibi. me misero perde
 exitio, sitc decipio. Cui Penelope: Nutrix, inquit, cha
 ra, durum quidem te, quanquam sapientem ac circum
 spectam existentem, decorum consilia prohibere. Atte
 men ad meum eamus filium, ut procos interfectos, seu
 etiam illum qui eos interfecit, uideamus. Sic dicens de
 domo superna descendit, multa secum animo agitans,
 an charum uirum separatim interrogaret, an propriu
 us astans caput oscularetur, manusq; prensaret. Vbi
 uero solum ingressa propius acceperit, coram Vlyssse ex
 altera parictis parte apud ignem consedit. Vlysses ne
 ro apud columnam alteram sedens, ubi eam aspexit,
 demissis oculis, expectabat siquid uxor ei dicteret. Ali
 diu mœsta ac ingenti capti stupore tacebat, quandoque
 illum aspectum clare noscebat, quandoque uero
 laceris indutum sic uestibus ignorabat. Inter hac Te
 lemachus eam interpellando, ait: Mater mea atq; ite
 rum mater crudeli animo, cur sic a patre te sciergis?

Penelope
 subdubi
 tans acce
 dit Vlyss.
 e

acc

Nec iuxta sedens uerbis cum percōtaris ac uestigas? Non enim alia uxor animo tam dūro à uiro sic absit, qui quidem post multas ærumnas uiteq; labores anno uicesimo in patriam redierit. Tibi enim mens lapide durior est. Ad hæc Penelope: Nata mi, ait, amus iamdudum in pectore mihi obstupescit, neq; ali- quod alloqui uerbum ualeo, neque interrogare, neq; demum in eum aduersum conspicere. Si uero Ulysses est & ucre domū redijt, quamobrē opus ante omnia signa ex eo, quæ alijs occulta quidem sunt, nobis au- tem manifesta, inter nos uideamus. Sic ait illa. Risit Ulysses, & ad filium uersus, ait: Telemache, sine ma- trem me signis tentare. cito enim melius sentiet. nunc quòd sordeam malis amictū uestibus me despicit, ne- que Ulyssem fatetur. Nos ergo cogitemus quemadmo- dum quod gesimus, probe securęq; sit. Etenim quidā hominem in populo ultioribus auxilijsq; quandoque carentem interficiens, propinquos patriamq; propte- rea fugit: nos autem ciuitatis munimentum, princi- pes iuuentutis Ithacensis occidimus, qua propter te hoc pensitare uelim. Cui Telemachus: Quin tu, ait, pater hæc uide atque considera. Tuum enim inter ho- mines consilium ferunt optimum esse, cum quo nullus mortalium contendit. Nos te certatim sequemur: ne- que tibi uigoris aliquid deesse putauerim, quum uistis bi sit plurima. Dicam igitur, inquit Ulysses, quod mi-

ODYSSEAE

bi uidetur esse optimū. Primum namq; lauate & an-
 t^{er}modant
in sedibus
nuptie
specte po-
puli tu-
vulcani.
cite tunicas, famulasq; iubete uestes sumere. Deinde
inclytus cantor cum tinnula cithara ac iocosa saltati-
one precedat: ut qui foris existūt, uel per viam forte-
iens, uel etiam circā habitans audierit, nuptias existi-
met esse: ne fama cedis procorū patrate per urbē lu-
te serpat, priusquam nos extra in nostrū agrum exea-
mus. Hic deinde cogitabimus quid utilitatis Iupiter
pollicetur. Sic ait. Illi confectim obtemperauere. Pri-
mum quidem lauare, tunicas induerunt, famule se ac-
cinerunt. Musicus citharam cepit, inter eosq; dulce
cantum simulq; saltationem decentem exorsus est, un-
de domus uirorum ludentium ac formosarum faci-
nariū pedibus grauata resonat. Sicq; aliis extra do-
mū audiens dictitabat: Nēpe alicui regēti nostra mal-
bis expedita procis nupst: misera profecto, que nō sus-
tinuit uiri sui domum omnino custodire, donec ille u-
niret. hec quanquam fama curreret, ignorabant ta-
men quemadmodum res gesta esset. Interea domi Vix
sem Eurynome promalauit, oleoq; unxit, ac pharotu-
ricaq; pulchra ornauit. Insuper ei
Conspicuum Pallas formam, capitisq; decorare,
Mollim cæsarium tribuit, simulq; hyacintho,
Et membris illum longe spectarier anplis.
Ac ueluti Vulcani edictus & arte Minerue,
Argento si quis fulgens contexuit auram,

Vnde opera egregia, et uario facit aucta labore:
 Sic illa excelsis humeris, ac ore sereno
 Reddidit, et toto prestantem corpore Vlysscm.

Ex lauacro igitur dijs corpore similis procedit, ac
 rursus in thoro unde surrexerat, consedit contra uxo
 rem, atq; illi sic ait: Crudelis, dij nanq; tibi preter oēs Vlysses
 foeminas cor durum dedere. Nō enim altera puto mu^m uxori,
 hic tantum animo tolerasset a uiro absistere, qui post
 multos labores anno uicesimo domum tandem redie-
 git. Verum tu nutrix propera, sterne mihi lectū ut ipse
 dormiam, quando huic ferreus est omnino animus.
 Cui Penelope: Ego te, inquit, neq; despicio, neque rur-
 sus ualde admiror aut magnifico. Noui tamen qua-
 lis fuisti cū apud Ithacā ē naui descendisti. Sed o Eu-
 ryclea, abi cito in thalamum quem ipse cōstruxit: hic
 ei et lectū et cubile parato, puluilloq; insuper ex pet-
 libus lenas et stragula uarietate picta. Sic ait, uirū tē
 bans. At ille obiurgans: O mulier, inquit, uerbum ncm-
 pe hoc quod dixisti, me ualde pupugit. quis enim me
 um tulit aliò lectum? durum admodum esset mihi præ-
 sertim scienti, quoniam noq; deus superueniens, etiā si Vlysses la-
 uoluerit, facile aliud in locum transtulerit, nedū mor-
 talium ullus quamvis uegetus et robustus, quoniā in etum suū
 eo magno admodū ac laborato signū inest, quod ego, coniuge-
 non aliud, extruxi. Truncus erat ingens olce intra
 arcā thalami, uegetus ualde ac uiridis, crabitudē co-

ODYSSEAE

lumne,hunc ego pro fundamento thalami ieci, quem
densis supra lapidibus construxi, ex ramis uero ipsis
us oleæ incisis portas apte compactas constitui. Ger-
men deniq; radicis ipsius affabre ferro expoliui , et
ad perpendiculum direxi, deinde terebra diligenter
terebraui:ex hoc itaq; lectum lectiis fulera extruxi.
auroq; et argento et ebore uariis ornauit:loris post-
modum bubulis purpureis subtus costrauit.Sic igitur si-
gnum tibi dixi:nunc autem non satis scio quæ uxor, si le-
tus hic mibi sit in columis, uel aliquis cum ex oleo fun-
damento euellens, alio traduxerit.Sic ait. At Penclô-
pes genua coriq; præ admiratione soluuntur, firma sa-
nè adhuc et integra signa cognoscentis que Ulysses
narrauit:lachrymansq; cum aduersus irruit, manusq;
et collum amplexa, caput insuper et ora exosculata:
Ne quoſo inquit, mibi Ulysse charissime irascere, post-
quam alia quidem ex hominibus prudenter tolerasti:
dij uobis calamitatem inflixeret, qui nos etiam admirâ-
tur, ut in expectatione mutua etate iam bona consum-
pta, ad limen senectutis peruenierimus. Ne inquam mihi
succense, quod non subito quam te uidi, amauit. Co-
tinuo enim animo meo sum uerita, ne quis uerbis uici
ens me deciperet. Multi namque prava excogitant con-
filia, que prius animaduertere oportet. Neque He-
lena Ioue genita cum alieno uiro concubuisse, si se ab
Acheis rursus quandoq; in patriam reducendam cogno-

Penelope
ex signis
Ulyssem
certo co-
gnovit.

gnonisset: hanc deus ad turpe facinus admittendum
impulit: neq; prius hoc incōmodum et exitiale damnū
suo excogitauit animo, ut luctus ex eo ad nos primū
perueniret. Nunc quando signa manifesta nostri le-
cti narrasti, quem nullus mortalium uidit, sed tu &
ego soli, ac una tantū ancilla Actoris, quæ mihi à patre
buc uenienti data est, & nostri fores thalami seruat:
iam tibi credo, quanq; animū habens cōtinuo trucem.
Sic ait. At Vlyssi luctus desideriū magis est austū. fle-
bat enim, & xorem magnanimi ac sapientē sibi restitu-
tam uidēs: ueluti cū natantibus terra libenter aspi-
tur, quorum Neptunus nauem uento fluctibusq; agi-
tatam uastauit: pauci admodū fugientes ac alga mul-
ta conspersi, natando ad littus perueniunt, tellureq;
libenter fatū uitantes potiuntur. Sic gratus erat aspi-
cienti maritus, quanquā non adhuc candidis ulnis il-
lius sit caput amplexa. Sic itaq; lugentibus inter se ac
lachrymantibus profecto dies illuxiſſet, nisi forte Mi-
nerua cum alia, tum hec animaduertens, noctem lone-
gius protraxiſſet, Auroram quoq; ex oceano retinu-
iſſet, feciſſetq; quo minus equi celeres Lampus & Pha-
etus solis lumen mortalibus afferentes, currui iunge-
rentur. Tum demū Vlyſſes uxorē sic alloquitur: O con-
iux, nondū enim ad finē penitus laborū peruenimus,
restat adhuc labor immēsus atq; acerbus, quē me obi-
te oportet, quē admodū Tiresiae anima die illo quo ad-

ODYSSEAE

Inferos descēdi, mihi reditū sociorū famulū et mēū sc̄i
scitati narravit. Sed iā cōiux lectū ad eam ut dormi-
entes unā dulci collatēmur somno. Cui Penelope, le-
tus quidē ingt, tunc tibi erit presto, paratus, quando
animo lubebit tuo, postq; te dij domū incolunem redu-
xere. sed quādo semel narrare cēpisti, deusq; id tibā
in animo posuit, dic queso labore quē post hac subita-
rū te esse dicas: nā hoc statim audire p̄estat. Cui Vlys-
ses: Quid me, ingt, animo sollicito iubes dicere? dicā ta-
men, nec te celabo: nō enim animus tibi latabitur, ne-
que ipse gaudco, quoniā multas me dixit mortalū kr-
̄bes adituru in manibus remū habentē, donec ueniam
ad uiros maris ignaros, qui nec cibum ex maritimis
edūt, neq; naues aut remos nauī aliās nouere. Signū
igitur manifestū hoc mihi dixit quod tibi referā: quā-
domihi uiator obuiā factus, iaculū supra clarū humu-
rū habuerit, tūc me in terrā remū figere iubit: ac pul-
chra Neptuno faciētē sacra ex ariete, taurō et a pro-
porcorū custode domū redire: demū omnibus ex ordī
ne ac successione dijs sacras offerre hecatōbas. Mors
aut mihi ipsi ex mari molliter, ac talis continget, que
me uegeta cōsumptum senecta perimeret. Circā uero
populi felices erūt. Hec itaq; mibi oī: dixit euētra.
Ad hæc Penelope: Si enim, ingt, senectutē dij tibi dede-
gint bonā, spes in futurū maiorū fore uitationē. Deinde
hæc inter se colloquerentur, Eurynome famulū et am-

trix lectum cum molli stragulo & luminibus accensis parauere. Postque uero cubile strauere, uetula rursus in oeon uenit. Eurynome uero cubicularia coniugibus in thalamū ueniētibus cū facibus preibat. Illi postremo antiqui lecti iura repetunt. At Telemachus bubulcusque & subulcus pedibus saltando desierunt, famulasque; item definere iusserrunt, ipsi demum in amplis edibus alius alibi cubuere. At coniuges in amore duxit cupito letati sunt, gauisique; item uerbis inter se colloquendo. Penelope quidem narrabat quāna ac quāta à procis passa fuerit, que eius causa multas boues ovesque pingues occiderūt, multumque è uasibus uini ab sumpſe re. Vlysses ex altera parte quot incōmoda hominibus inflixerit, quōt uero ipse passus fuerit, omnia narrauit. Ille uero audiēs gaudebat animo, neque somnus oculis cecidit priusquā omnia narrasset. Incepit igitur ut primū Ciconas domitauit. Inde postea ad Lotophagorū hominum fertile uenit terrā. Deinde quāta Cyclops perpetrauit, & quēadmodum sociorū quos ille absque illa misericordia uorauit, poenas est ultus. Deinde ad Aeolum uenit, à quo humaniter exceptus etiā itinere adiutus est. Verum quōd nondum fatum esset cū in partiam redire, maris procella rursus eundem rapiens ī pōtum traxit, unde ad urbē Læstrygonū longe periculerunt, qui naues omneis sonul cū socijs perdidere: tantū Vlysses cum naui cuasit. Post hæc Circes dolos

Vlysses e-
narrat u-
xori suos
errores.

fratre

ODYSSEAE

fraudulentos cuitavit. Inde ad inferni lati baratrum
anima Tiresiae Thebani utens, cum nauis uenit: ubi
omnes extictos socios uidit, itemque matrem, que tan-
tulum existentem cum nutriat. Postmodum ut sirena-
rum perniciosarum uocem audierat, ut ad saxa errati-
ca peruerterit, grauemque Charybdim Scyllamque, quae
nunquam homines miseri uitauere. Deinde ut solis be-
nes socij peremcrunt, quamobrem Iupiter ardenti ful-
mine nauim diruit. Vnde socij reliqui simul omnes per-
ierunt, ipse uero malum cuitavit fatum. Ut Ogygiam
insulam adiuit ad nympham Calypso, que illum in xi-
rum habere cupiens, in speluca nutriat, immortalcmque
ac minime senescetem se reddituram omnibus diebus
promisit. Deinde ut per uarios labores ad Phaeac-
ses applicuit, qui cum supra modum ut deum bonore
uerunt, ac iter comitauere. Aes insuper, aurique satis
ac uestem dederunt. Hoc denique uerbum postremo di-
xit, quādo dulcis somnus membra simul ac curas ani-
mi soluens ruit. At Minerua cum alia nouit, sum Vlys-
ses lectum somnumque cū chara coniuge appetere am-
aduertit. Post hæc auroram ex oceano excitavit.
Vlysses ē stratis molibus surrexit. Deinde uxori ba-
mādat: O cōiux, jā multos qdē ambo labores toleran-
mus: tu certe hic mē cōtinuo plorādo ac desiderādo
reditū, me uero Iupiter et alij dij redire cupiente im-
pediuere. Nunc autē quādo ambo in lectū magnopere opta-

Optatum cōuenimus, opes ante omnia amissas mihi recuperare necesse est: oues in primis quas proci macta uerunt, multas quidem prædabor, alias autem Achæi dabunt, donec omnis expleam caulas. Sed iam ego in agrum arboribus frequenter uadam, uisurus optatum patrem, qui magnopere mei gratia tristitia afficitur. Tibi quoque uxor quanquam prudenti mando, nam statim orto sole fama procorum quos domi inter feci, dispalescit, in superiorē domus partem ascendas, ibiq; cum ancillis quieta sedebis, neminem neque alloquere neque interrogā. Dixit, & circa humeros pulchra induit arma. Telemachumq; ac bubulcum et subulcū exinde excitatos, arma pariter manib⁹ corripere iubit. Illi uero dicto audientes, ferro sese protinus accinxere. Portas igitur impellentes egrediuntur Vlyssē precedēte. Iamq; lux effulgit in terris. Hos Mēnerua nocte opaca occultans, uelociter eduxit.

Vlysses e-
reditur
ad patrē.

ARGYMENTVM LIBRI X X I I I.

Mercurius animas procorum ad inferos deducit. Laetes Vlyssē ad se uenientem tandem agnoscit. Minerua Ithacensium seditionem ob procorum cædem statim prohibet.

ODYSSEAE

LIBER XXIII.

Mercurii
procorum
animas ad in-
feros de-
ducit.

Danaorum
animas.

Mercurius procorum animas euocabat.
In manibus nanque virgam auream ba-
bebat, qua virorum quorum uult oculos
leniter sopit, hos rursus e somno exci-
tat. Hac item animas ille euocat orco. Ille uero fratre
sequitur: ueluti cum uespertilioes in antri inge-
tis recepsi stridetes uolat, postquam aliquis ex eis se
adhaeret, simul omnes coherent: sic una oes congre-
gate erant anime, quibus ipse Mercurius dux erat,
qui uias iniquas ac putres iuxta oceani fluxu et lar-
cada saxum seu solis portas et somniorum populau-
erant: cōfestimq; in pratū floridū peruenere. Hic nise
rorum defunctorū anime seu idola habitabant. Inue-
neruntq; animas Achillis et Patrocli et Antilochi et
Aiakis, qui ceteris Danais et forma et corpore pre-
ter Achillem prestabat. Circa Mercurium conuenerunt
omnes: inter quos Agamemnonis anima tristior pro-
pius accedit, cum qua simul et qui in Argisti domi
perire aderat. Hunc igitur Achillis anima prius de-
loquitur: Atride, te nanq; ex omnibus heroibus ion-
charū continuo putamus esse, quāobrē multis et for-
tibus apud Troiā dux fuisse, ubi labores Achaei papi-
fuisse

sumus, profecto tibi prius fatum euenire debuerat,
 quod nullus mortalium exitat, ac in honore quo apud
 Troie populum regnabas extingui: nā & tibi tumu-
 lum Achēi omnes constituisserent, tuōq; filio magna po-
 stea gloria fuisse: nunc uero te tantum miscro exitio
 absymi fato datum erat. Huic anima Atridis: Beate, Atridis
 inquit, Achille dijs equiparande, qui procul ab Argis aia Actil
 apud Troiā perīsti, circaq; alijs Troianorū & Achēo ^{li de eius} funere.
 rum pro te pugnātes interficti sunt. Tu aut in multo
 excitato puluere magnus iacuisti, magna animi ma-
 gnitudine equitatū dicens. Nos aut die tota pugnā-
 mus, neq; oīno desistebamus, nisi Iupiter tēpestate pu-
 gnā diuertisset. At postq; ad naues ex bello uenimus,
 te in lectis extinctum cōdidimus, aqua pura tantū lu-
 strātes corpus: multas insuper lachrymas Danai fude-
 runt, crines attonderunt. Mater cū dijs marinis nun-
 cium de te accipiēs, uenit: fama enim totū exciuit ma-
 re, tremorq; omneis Achēos inuasit. Et profecto subi-
 co exurgētes naues cōscendisse, nisi multa &
 antiqua experīētia edocitus Nestor retinuisse, cuius optē-
 mū apparuit cōsiliū, q; sic eos in cōcione allocutus est:
 State Argei, neq; fugite pubes Achaea: mater enim ex
 mari cum alijs dijs marinis uenit suum filium extintū
 sisum. Sic ait. Achēi aut timētes se se continuere. Pra-
 terea te senis marini flentes filiae misera lamentatione
 ac immortalibus amictae uestibus querebātur. Hic nul-
 lum

ODYSSEAE

De Achill. Iam Argeorum siccis oculis nosset. Taliter eos musta
lis exegit sonora excitauit, denis septenis diebus totidemque; no
tibus to nibilominus plorauimus mortales funeris et
immortales. Decima octava igni te dedimus, multaque;
super ipso oves bouesque; mactauimus pingues. Denique
crematus es in deorum ueste, multaque; unguento et melle
dulci, multiisque; item heroës Achæi armis circa ardente
pyram certauere, equitesque; luscre, multus denique; tumul
tus erat. At postquam Vulcani flamma te absurpto ces
sauit, mane tua legimus ossa alba Achille cum iano me
ro et unguento: urnam uero auream mater dedit, do
num id dicens esse Dionysii, opus uero Vulcani. Hie
optime Achille tua ossa iacet, mixta una cum Patroclii
Menetiadis ossibus, sine Antilocho, quem supra omnes
alios post Patroclum mortuum honorabas. Igitur nos
exercitus Argeorum magnum et nobilem tumulum
circa illos effudimus, in excelsa littoris parte lati He
lespongi, ut manifestus procul aspicientibus uiris esset
nunc existentibus et futuris. Mater autem a diis facte
potestate, pulchra posuit in eius honorem Achaeorum
fortissimis in media regione certamina. Iam quidam
multorum herorum sepulchro interfui, quando iun
tus ad ludorum contentionem se accinxit. Sed illam
xime videlicet mirareris, qualia certamina nobilia Tho
tisti dicavit. Valde itaque diis charus fuisti, adeo
ut nemoriens quidem nomen amiscris, herum perpe

tra inter oēs hominēs gloria tibi Achille fuerit. At mihi quid hec uoluptas? qui quāq; bellum feliciter ad ministravi & perfeci, miserum Iupiter exitium rediunti manibus Aegisthi et dire uxoris statuit. Dū hec inter se colloquerentur, propius Mercurius accepit, animas deducens ab Ulysse domitorum procorum. At illi ambo exhortuere, aduersusq; uti uiderent iuerūt. nouit autem Agamēnonis anima Amphimedontē Melanthi filium: hospes namq; Ithace illius erat domi manens. Itaq; prius cum alloquitur: Amphimedon, quid passi ad subterranea loca descenditis? omnes quidem delecti & coeui: neque enim delectum habiturus aliquis alios per ciuitatem uiros fortes describeret. an forte uos in nauibus Neptunus perdidit, uētos aduersos fluctusque ingentes commouens? an malefici homines in terra lesere uos boues occidētes siue ovium greges? an certe pro patria, proq; cōiugibus pugnates? Dic queso mihi percontanti. hospes nanque tuus sum. an non meministi quando illic in uestram domum diuerti, ueniens hortatum Ulyssem, ut una cum Menelaō nauibus me ad Troiā sequeretur? Mense namq; ac cōmodo totum penetravimus pontum, Ulyssis diligenter studioq; freti. Ad hec Amphimedontis anima sic ait: Memini quidem hēc omnia. Tibi ego cuncta uere manifestabo de nostro exīta qualis fucrit. Uxorū Ulyssis diu absentis nuptias expectabamus. Illa uero cōtribus nec abnuit, nec adnuit, nobis mortē ac dirū ex

Agamē-
nonis aia
Amphi-
medontē
proco.

Amphi-
medontē
proci ani-
ma Atri-
da inserit

ODYSSEAE

tas fui hi- cogitans fatum. Verum dolum alium in mente soluit,
storii ce- magnam ordies telam in edibus texebat, tenuem ad-
mix. modum ac rotundam, nobisq; clare dixit: Iuvenes mei
proci, postquam Ulysses extintus est, meum expectate
quanquam solliciti coniugium, donec pharum perfe-
cero (ne fila frustra pereant) Laerti seni funebrem ue-
stem, quando ad extremum morietur, ne qua Achae-
rum mihi domi irascatur, si absque ueste sepulchrali
lacetatis, qui multas possidet opes. Sic ait, nobis uero
consilium placuit. Hic igitur interdiu texebat magnam
telam, noctu uero accessis lampadibus dissoluebat. Sic
triennio per dolum latuit ac Achaeos decepit: ubi uer-
go quartus uenit annus & horae transierunt, tunc ex
eius ancillarum quadam buius facti consilia intellexi-
mus eam soluentem telam: quam ubi demum non spose-
te, sed coacte perfecit, statim pharum magnū solis ful-
gori simile ostendit. Ea forte tempestate malus demus
Ulyssem peregre uenientem ad agrum reduxit, ubi su-
bulcus habitabat. Huc uenit & eius filius Telema-
chus, e Pylo reuertens cum naui, amboq; inde in ur-
bem procis exitium parantes accesserūt. Telemachus
autē ante alios uenit. Ulyssem postea subulcus duxit,
laceris amictum uestibus, mendico similem & incor-
sum, nec ullus nostrum agnoscere illum ualuit ubi pri-
mum apparuit, non etiam qui maiores natu erāt: nos
propterea uerbis cum ac plagis laceriuimus: at ille in
suis edibus probra omnia lacefitus ac percussus faci-

Leto querere ausus est, donec eundem mens Iouis excitauit, ut una cum Telemacho pulchra ex aula corripiens arma in thalamum cederet, ac seras deinde clauderet. Is demum suam uxorem astutia fatus, iussit ar cu proceris dare, splendensq; ferrum, nobis misericiter caminis et cedis initium. Nullus igitur nostrum duci arcus netuum tendere ualuit. longe enim viribus inferiores eramus. Vbi uero arcus ad manus ueniret Vlyssis, hic nos magnopere contendimus, ne uel instanter ei et roganti arcus daretur, quod per Telemachum non licuit, qui solus illum iubendo excitauit. Vbi huc Vlysses accepit, facile tetendit, per ferri quoque intervalla metas agens constituit uestigio progressus, sagittas ante pedes sparso: grauiterque contuens ac lustras oculis, Antinoum in primis iaculatus est, mox in alios tela direxit. Illi inter se propinquai cedebant. Notum quidem et manifestum, quis deorum illis adiutor fuerit. Statim per domum paucim suis viribus furentes interficiebant, ex quo tumultus et ruina tristis capitum percussorum exorta est, humus omnis sanguine fluebat. Sic demum nos et Agamemnon periuimus, quorum nunc quoque corpora in edibus inhumata iacent, quod nempe factum amici cuiuslibet nostrum adhuc ignorant, qui procul dubio saniem e vulneribus tergetes nostris lamentarentur, quod munus est et honor morientium. Vbi finem dicendi fecit, Agamemnon ait: O beate Vlysse, quam magna cum uirtute uxorem posse

ODYSSEAE

Sedisti, quam prestantem Penelopes animum, o quam
pulchre sui meminit ipsa uiri. huius enim gloria non
quam excedet nec fama uirtutis: sed et dij de ipsa ca-
sum ac poëma gratissimum posteris tradent homini-
bus, sōge diuersum à Clytaenœstra Tyndari filia, que
malum iniens consilium, uirum trucidauit. De hac igit
tur cantus futuris hominibus infensus erit, et facili
memoria famaq; foemini detestanda. Talibus itaque
illi inter se colloquebantur, stantes apud inferos sub
terre latebris. Interea Ulysses cum suis ex ciuitate in
agrum Laërtis pulchre admodum mangonizatum,
quem ille post multas animi erumnas sibi possedit at-
que aptauit, profectus est. Hic domus erat, circa uero
tabernaculum paruum posuit, in quo famuli necesse
erij qui ei obtemperabat, pascebantur, quiescebat, in-
sugilabantq;. Aderat et anus Sicula, que scemn sedu-
lo nutriebat in agro à ciuitate procul. Hic igitur V-
lysses famulis eam comitatibus et filio dixit: Vos nūc
ite in oppidū, ac protinus unū ex porcis q fuerit opti-
mus, sacrificio maciantes coenā parate. obiter ego pa-
tremtentabo, si me forte cognoscat oculis afficiens, si
ue non ignoret tam longe post tempore uincemem. sū
dicens famulis arma Martia dedit. Illi confessim de-
sum iuere. Ulysses autem propius ad uincam accepit
tentabundus, non autem Dolium magnum in locū er-
boribus confitum descendens, neque famulorum di-
sum aut filiorum ipsius reperit: sed hi ad legendas spé-

Vlysses ad
patrem
elevendit.

nas abierunt, ut sepibus uincam circundarent, quibus
dux fuit senex, quem solum in uinea circa plantam fo-
dientem offendit sordida indutum tunica, furas pelli-
bus bubulis consutis, manus quoque chiridibus spina-
rum gratia opertum: quodq; magis luctum augebat,
capitis erat tegmen ex pelle caprina. Huc igitur Vly-
ses statim nouit senectute iam consumptum, magnosq;
animo questus habentem. Ipse sub florente pinu pa-
lum consistens, lachrymas fundebat, secumq; animo
uersabat, an exoscularetur statim ac amplecteretur
patrem, singula quoq; narraret quemadmodū domū
in patriam redierit, uel primum indagaret, singu-
laq; tentaret. Demum alternanti potior sententia ui-
sa est, patrem antea contumeliosis uerbis tētare. Hec
itaque meditans, aduersus cum ijt plantam circunfo-
dientem, propeq; astans ait: O senex, nō equidē curan-
di plantas imperitus uideris, sed recte omnia in hoc
genere facere. Nec enim planta ulla est, non ficus, non
uitis, non olea, non pirus, non denique hortensia sine
cura sunt. sed hoc tibi dicam, tu uero ne ægre animo
feras: quum hæc diligenter cures, tu ipius curā non
habes: sed sub foeda ac misera senectute male agitaris
tristibus amictus uestibus. Non enim pigritie causa
hectute negligis, quod tibi (quantū fas est aspectu de-
predere) nō seruile aliquod ore aut magnitudine pre-
te fers. Regi nanque sumis uideris. Tali nanque equi
parandus es postquam laucris & comederit, molliter

Vlysses p-
trem cop-
pellat,

ODYSSEAB

etia dormierit, quo iure sibi senes uediciat. Sed quero
 uera mibi referre: alicuius ne famulus es? alicui ne
 bunc arboribus cōstum locum laboras? Deinde hoc
 item dic, si uere Ithacam bacimus, ut mibi uir hic dū
 xit, qui huc uenienti obuius fuit. Non enim ualde sa-
 piens est, qui singula dicere aut respondere quecumq;
 interrogari non satis sciuerit, præsertim de hospita-
 tio, si uiuit adhuc siue obiit ad infernum profectus:
 hoc enim tibi dico, hospitem quandoq; in patriam ea
 domi excepti, quo nullum unquam hospitum procul se
 uidentium libentius uidi, se ex Ithaca dicebat esse, su-
 umq; patrem Laertem Arcesiadem. Hunc itaque ab
 domum meam ueniente pulchre tractauit ex omnibus
 que intus erant, dona insuper hospitalia (ut parcer)
 illi dedi, auri nuper facti septem talenta, craterē argē-
 tū floribus pictū, lēnas duodenas pictas, totidēq;
 lā-
 pta, totidē pharea, totidē deniq; tunicas. Præterea
 ministras operū peritas ac formosas quatuor, quas
 ipsem uoluit eligere. Pater uero ubi hac audīt, Le-
 chrymans ait: Hospes, profecto in terram recte tendis
 de qua tu interrogas. hāc uiri iniusti ac superbi pos-
 sident, quibus si millia dares dona, frustra hāc daretur:
 sed si illum apud Ithacā uiuum offenderis, procul da-
 bio te hospitio excipiet, et bis que accepit donis ma-
 veratū remittet, uti decet illū q; præfideret. Sed hoc eti-
 am dic, quotus est annus quo tu illum tuū hospitē ex-
 pisi, miserrimum meum filium? si quādo erat infelix, quā
 procul

procul à suis & patria siue in ponto pisces uoraue-
rint, siue in terra feris & aibus cibus & rapina fu-
erit: non mater de more circumsistens plorauit: nō pa-
ter, qui illum genuimus: non item uxor munifica pru-
densq; Penelope in lecto, ut decebat, oculos corrūpes
(hoc enim mun' moriētis) defleuit. Postremo hoc nar-
ra: quisnam es, aut unde gentiū, ubi patria aut paren-
tes, ubi nauis consistat, quæ te tuosq; socios uexit. an
Forte mercator aduenisti in aliena naui, q; te hic dimit-
tentis discesserunt? Cui Vlysses: Tibi, ait, cuncta uera
narrabo: sum enim ex Alybante ciuitate, ubi mea in-
clyta domus, filius Aphidantis Polypemonidis princi-
pis. mihi nomen est Eperito. Me nanque deus à Sica-
nia errantem atque inuitum hic deduxit. Nauis mi-
hi hic apud agrum à ciuitate procul cōsistit. Insuper
quintus agitur annus, ex quo Vlysses à me meaq; pa-
tria discessit infelix. Certe bone erant aues, dextreq;
tunc eunti, ego gaudens illū transmisi: gaudebat quo
que ille discedens, sperabatq; quandoq; hospitium se
mihi redditurum muneraq; daturum. Sic ait. At illū
maestitia corruptum nubes doloris obscura obtexit,
manuque utrāq; ardente ex humo puluere accepto
sparsum canum caput huberius fluens. Vlysses uero
hac afficiens commouebatur, e naribusque impetus
impatiens & acutus patrem contuenti est effusus,
protinusq; insilicis cum corpore complexus, ait: Ille
ego sum pater, quem tu queris, uenit tandem anno ui-

Vlysses p.
dicit se pa-
tri.

ODYSSEAE

cesimo. Sed iam lugere define, ac dire lamentationi finem impone. Tibi dico, uade opus maturare. procos in edibus perem, incommoda nobis illata ac improba eorum facta ulciscēs. Cui Laertes: Si enim inquit, Vlysses meus filius huc uenisti, signum mihi clarum ut credam, refer. Cui Vlysses: Cicatricem, ait, hanc pri-
mum considera, quam sus albo dente mihi Parne sum
ueniēti intulit, quō tu me filii & mater ad aucta ma-
ternum Autolycum ire compulisti, ut dona caperem
q̄ buc ueniēs mihi promisit. Insuper arbores in an-
na uinea si tibi sunt, ego cunctas dicam, quas olim tu
puero mihi existenti, seq; per illā me ducente sequenti
singulas nominasti, piros dedisti tresdecim, malos de-
cem, ficus quadraginta, ordines quoque uitium data-
rum te recepisti quinquaginta, quarum quilibet fru-
gifera erat: hic uiae simul omnogene existebant, quā-
do Iouis imbris superne irrigabantur. Sic ait. At
Laerti genua simul cū animo soluta sunt: signaq; que
firma Vlysses recensuit recognoscens, protinusq; filii
ulnis est amplexus: illum uero Vlysses collo inherentē
et animi deficientē excepit, ac recreauit. Vbi uero cui
mus ei tandem in pectora redijt, sic est rursus affatus:
Iupiter pater, nūc profecto dij estis in celo, si uere pro
ei superbie atq; temeritatis penas dedere. Nunc uad
de timore ne omnes huc Ithacenses irruant, nunciosq;
quoquō uersus ad Cephalenensem urbes mittant.
Cui Vlysses: Bono sis animo, ait, nēne hectuo cordū
sat

fateure: sed eamus ad hortum qui prope domum ex
 boribus consitus existit. huc ego Telemachum, bubul
 cūq; ac subulcum premisi, ut coenam cito pararent.
 Sic inter se dicentes, domum peruenere, ubi illos offens
 derunt carnes probas incidentes, ac uchemens fun
 dentes uinum. Tunc Laertem sue domi Sicula famu
 la lauit, ac oleo unxit, lēna deinde pulchra induit. Mi
 nerua uero propè astas, mēbra corpusq; illi reconcin
 nauit ac curauit, procerioraq; ac latiora ut appare
 rent, effecit. Ex lauacro itaq; processit, quē filius eun
 tem ac dijs aspectu similem existentem admirās, sic est
 allocutus: O pater, te certe deorum aliquis et forma
 et magnitudine maiorem uideri dedit. Ad hēc ille:
 Iupiter, ait pater, Minerua et Apollo, si qualis eram
 cum Cephaliensibus imperans, oppidum in continen
 tis littore expugnauī, talis ego besterna die nostris in
 edibus arma humeros indutus ē procos animaduertis
 sem, multos profecto uitam eripuisse, tu uero intus
 animo gauisus esses. Sic igitur inter eos collocuti, ubi
 quietere à laboribus, epulis se se accinxerunt, ex ordi
 neq; thoris confedere, ac coenam inchoauere. Interea
 proprius accessit senex Dolius, cum eoq; filij sex ope
 rum studiosi, quod mater eorum Sicula eos praeueni
 ens illuc uocauerit. Hēc enim et illos nutriebat, et se
 nem postquam in etatem grauem inciderat, diligenter
 curabat. Hi ubi Vlyssem in domo confpexerunt, ani
 mo stupuerū. Verum ille dulcibus eos praeueniens uer

Dolius se
nex.

ODYSSEAE

bis: O senex, inquit, accumbe nunc epulis, define adiuvari. Diu uos hic desiderates ac edere uia cupientes ad exitum expectauimus. Sic ait. At Dolius protinus ad utrusque tenebris, ambas sustulit manus (has illico Ulysses arripiens, conuersas est exosculatus) aitq;: O charissime Ulyssae, desiderantibus nobis non tamen sperantibus tandem reueteris. Dij ipsi te tantum reduxere, ipsi libenter omnia secunda sis felix et gaude. Mibi queso uere quod ipse rogo dicas: an tua Penelope huc te reuersum sciat, seu nuncium ei uis mittamus.

**Ulysses
Dolio.**

**Exoritur
tumultus
ob eodem
procorsu.**

**Eupitheces
eū Achēis
conspirat
in Ulyssis
mortem.**

Cui ille: O senex, inquit, jam ipsa nouit: quid in hoc opus te sollicitum esse? His dictis, in thoro et ipse sedidit: eiusq; filij facta cum Ulyssae uerborum gratulatione, manibusq; iunctis, iuxta patrem considererunt. Dum autem circa coenam solliciti essent, fama per omnem ciuitatem diffusa est, procorum crudele fatum refertur. Hi uero simul audientes aliis alio pre timore properarunt. Et tumultu ante domum Ulyssis facto, mortales subito efferentes, tumulandos curauerunt: alios in alias ciuitates unde quisq; fuerat domum misere, piscatoribus ac nauibus credentes. Ipsi uero proceri in concilium frequentes ac animo tristes, conuenire inter quos Eupitheces primus dolore filij Antinoi comotus, quem Ulysses ante omnes peremit, loqui coepit: O socij, rem magnam uir hic in Achēos excogitauit, alios et quidem plures uiros fortes secum cum mortibus ad Troiā ducens perdidit: alios uero reuertentes C: phe

phalensium optimos interfecit. Sed agite priusquam
hic Pyrrhus cat, aut Heliadem ubi Epeiro regnabit, nos contra
insurgentes preueniamus: nec certe post bac tristes cri-
bus semper, ac dannum probrumque fuerit hec poste-
ros nostros audire. Si enim filiorum fratumque cedes
non vindicauerimus, animo nempe meo nihil dulce ui-
uere fuerit, sed protinus moriens inter defunctos ero.
Eamus igitur ac maturemus, ne illi preuenientes trans-
fretent. Sic est fatus lachrymans misericordia statim
cūctos cepit. Post hec Medon cum inclito musico ex-
edibus Vlyssis, ut insomnium narraret, in corū mediū
accedens ait: Audite Ithacenses. Non enim Ulysses de-
orum imiussu hac facinora fecit. Ipse ego deā uidi im-
mortalem Mentorē per omnia similem, Ulyssēm iuxta
consistere, quandoque ante eum exhortando appare-
re, interdum procos impellentem per edes currere.
Illi inter se proximi conserti concidebāt. Sic ait. Illos
vallidus occupauit timor, quos inter Alitheres Ma-
torides, q̄ solus futura preteritaq; uidebat: Audite Alicher-
es diuina-
dec.
Ithacenses amantissimi que dico, uestro magno malo
recōfient. Non enim mihi persuadebitis, neq; itē Men-
ori gestros filios stultitiae finem facturos, qui audax
acinus sua temeritate ad miserunt, bona absumentes,
imulq; uiri optimi uxorem uituperantes, quem nun-
quā redditum dicebant. Sed iam hoc sic gestū: nunc
mihi credite que dico, ne uiurgētes contendamus. ne-
quid maius malum inueniatis. Sic ait. At illi dimidia-

plus

ODYSSEAE

plures cum magno frumentu insurrexere, seditiones
ibidem facta constitere, quod dicta Alithersis minima
probarerit, sed Eupittii potius auscultarent. Quonob-
rem arma flatim corripuerunt, diro deinde ferro acie-
sti, ante urbem constitere: stulti, quibus Eupitheus duc-
erat. Is filij eadem se ultisci uelle iactabat, sed ex peri-
culo minime redditurus erat, uerū ibidem periturus.

Minerua
a l'oue rei
eventum
sciscitat.

Minerua deinde louem alloquitur: Dic queso summe
pater sciscitanti, quid altamente reposum aut occul-
tum habes? Primum ne bellum, aut granum pugnans
struas, an amicitiam pacemq; inter utrosq; statuisti?
Cui Iupiter: Nata quid, inquit, mea hac uestigia aut
queris? Non enim hoc mente consilium excogita stetit.
Vlysses reuertens procos plecteret? Fac quomodo ne-
lis. Tibi autem dico, ac uti par est iure in rādo fidelis af-
firmo: Vlysses postquam procos puniūt, perpetuo re-
gnabit. Nos autem & filiorum et fratribus cædis obli-
uionem statuimus: illi inter se amabunt uti prius di-
uitiaeq; ac pax omnibus erunt. Sic dicens, Minerua
dudum cupientem impulit: protinusq; ē cælo illa cum
impetu descendit. Intercacibo expletis omnibus, qui
apud Laertem conuenerant, Vlysses loqui coepit: Ab
quis exiens uideat, ne propè fuerint nos petentes. Se-
cūt. At Dolij filius subito uti insit exploratum proco-
dens, omnīs illico propinquantes uidit, Vlyssiq; ait:
Propè adsunt, naniā armis accingamus. His auditis,
illi properabant arma corripuerunt. Quatuor ex his
qui

Nūciatur
Vlyssi ho-
stium ad-
uentus.

quicun Vlysse erant, et sex Dolij filij ex altera parte
 Laertes & Dolius arma & ipsi induerunt, quanquam
 iam cani neccesitate tamen ad pugnam compulsi. Igitur
 diro ferro armati, reclusis portis profecti sunt,
 quibus Vlysses duxor erat. Minerua ite aderat, Meno-
 tori corpore & forma assimilata, quam Vlysses aspici-
 ens, magnopere gauisus est, statimq; filium uocas: Te-
 lemache, ait, iam quidem hoc ipse moue certamen, pri-
 mus pugnantium aciem inuade, ut qui sunt fortes, fa-
 cile uideantur: neque maiorum genus tuorum infame
 re uelis, qui olim & robore & viribus in orbe toto
 praestiterunt. Cui Telemachus: Facile uidebis, ait, si
 uis charae pater, me hodie tuū genus minime, uti dicis,
 uituperasset. Nec uidiens Laertes, letabatur atq;
 ait: Que mibi dices hec dis boni, quam gaudeo? Filius
 atque nepos virtutis culmen habent. Huic igitur Mi-
 nerua propè astans, ait: O Arcefiāde, cunctorum cha-
 risime sociorum, ubi uocris Minerue, protinus ha-
 stam ualidam vibrando iace. His illa dictis magnum ei
 robur inspirauit: ex quo Laertes uoto nuncupato ha-
 stam iaculatus, Eupitheci galeam uerberauit, iecit mi-
 nime sustinentem, sed hasta medium findens pertrans-
 iit. Ille uero cōcidit, armiq; super ipso. Deinde in pri-
 ma acie Vlysses & eius filios enibus & hastis strage-
 edebant: ac profecto cunctos permissent, minimeq;
 reduces reddidissent, nisi Minerua uoce inclamauis-
 set, exercitumq; prohibuisset, sic iubens: Desistite ita à bellum.

Eupitheci
a Laerte
occisus.

Minerua
uoluisse
desistere
pugna

ODYSSEAE

pugna libacenses, ut sine sanguine iam dirimantur. Sic
ait. Illos timor arripuit pallidus, ex quo arma et mani
bus metuentium facile exciderunt. Ad ciuitatem quo
que se de nictu soliti converterunt. Horrendum ve
ro tunc Ulysses clamauit, ac animo excitatus inflavit,
ut aquila alte uolans. Iupiterque statim fulmen ardens
immisit, quod ante Minervam cecidit. Illa uero ad Ulys
sem conuersa: Define iam, inquit, bello contendere ne
forte Iupiter irascatur. Ille statim obtemperas, am
mo galactus est. Foedera deinceps cum utrisque Pala
Mentori corpore uoceque assimilata, composita.

FINIS.

Quoniam hoc loco non omnium ratio dari potest, quefir
di sum in hac Odysseae translatione ne male habere queat.
tamē locum illum cuius supra folio 40. mentionem fecimus,
non libuisse preferre, ne lector studiosus impotissimum vide
taret. Sic igitur habet Homerus:

καὶ τότε ἀλισσῆς λύτρος γενίστα δὲ φίλοι μὲν Τάρκ
ζχθίσαις Λέαρχος εἶπε πρὸς θρυμματήτορα θυμῷ
ἄμοι, ἐπιδίγειαν αὐλπίσαι λόχηροι λίσθαι
ζώσ, καὶ δι' τοδι λαΐτης διατέξεις ἵπιρισθε,
ἔκβασις δὲ πῃ φαινεῖς ἀλὸς πολιοῖς θύραζε.
ἴκτασθε μὲν γέρε πάγει.

Hoc est.

Nobis tunc Ulyssis genia rotata sunt, charumque cor palpita
bit. Spirans itaque ingenii animo sic secundum locutus est ipsa,
quandoquidem terrā minime speracum Iupiter videret
esse, ac insulam hanc fulcans transmisi, nec usquam egredi
ex cano pelago apparet. Ex ista quidem supra (sequitur) ecce
sa et emunctaria sc.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

EPITAPHIVM IN HO-
MERVM ANTIPA-
TRI SIDONII.

Hominum suadclam,magnum os,equa Musis
Locutum caput ô hospes Meonide(i.Homeri)
Hec sortita sum insularis li spelunca. nō enim in aliis,
Sacrum sed in me spiritum uita functus reliquit.
Quo nutum Iouis omnipotens,quo & olympum,
Et Aiacis naualem exprefbit uim,
Et ab Achilleis Theſſalicis Hectorēm equabus
Secundum ossa in Greco laceratum solo.
Si autem parua, celo tam magnū,scias quod celat
Et Thetidis maritū exiguigleba(i.parua)icos.

IN EVNDEM.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus,
Herorum cecinit qui bene gesta ducunt.

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Crispus Salvius de Avaritia

Avaritia fidem, probitatem, ceterasq;
bonas artes subvertit. Pro his superbia,
cruelitatem, Deos negligere, omnia
venalia habere edocuit.

Avaritia studium habet, quam nemo sapiens
concupinat. ^{Ita} enim quasi uenem malis
imbuta, corpus uire, animumq; effocinat.
Semper infinita, insatiabilis est, neq; copia
neq; inopia minuitur.